MASTER NEGATIVE
NO. 93-81319-26

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

OHLING, GERHARD DIETRICH

TITLE:

QUAESTIONES POSIDONIANAE EX...

PLACE:

GOTTINGAE

DATE:

1908

Master Negative #

93-81319-26

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



88P84
DZ8
v.1

Ohling, Gerhard Diedrich, 1884-
Qvaestiones Posidonianae ex Strabone conlectae, dissertatio inavgvralis qvam ... scripsit G. D. Ohling ... Gottingae, officina academica Dieterichiana, 1908.
44 p. plate. 22 cm.

Thesis, Göttingen, 1907.

92213

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 1/x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 1-20-93 INITIALS SS
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
Inches
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Posidonius of Apamea
no. 4
88P84

QVAESTIONES POSIDONIANAE IX STRABONE CONLECTAE.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

CONSENSV ET AVCTORITATE

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

G. D. OHLING
FRISIVS.

GOTTINGAE
OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT
MCMVIII.

De hac dissertatione ad ordinem philosophorum rettulerunt
Ed. Schwartz et F. Leo.
Examen rigorosum habitum est D. XX. M. Decembris
A. MCMVII.

Patris Memoriae
S.

I.

De libro qui inscribitur *περὶ ὠκεανοῦ*[1]).

Quas res hic Posidonii liber continuerit, accurate dici nequit quia plurima Posidonii fragmenta librorum titulo carent. Nam Diodorus in componenda bibliotheca de auctore omnino tacet, ex historiis Athenaeus exhibet sola fragmenta, Strabo nullum librum nisi *περὶ ὠκεανοῦ* commemorat. Complures censuerunt Strabonem et libro *ἱστοριῶν μετὰ Πολυβίου* et libro qui inscribitur *περὶ ὠκεανοῦ* usum esse, alii contenderunt illum *περὶ ὠκεανοῦ* solum librum usurpasse, qui non solum res physicas sed etiam historicas vel ethnographicas amplexus sit. Ego quoque huic sententiae adstipuler, quia nil impedit, ne hoc verum esse existimemus. Satis enim illum librum fuisse geographicum[2]) constat testimonio Plinii in prooemio Naturalium quaestionum libri V: *Posidonius, qui περίπλουν aut περιήγησιν* (scripsit), fidemque haud mediocrem afferunt verba illa, quibus Dionysius qui vocatur Periegeta incipit:

ἀρχόμενος γαίάν τε καὶ εὐρέα πόντον ἀείδειν
καὶ ποταμοὺς πολιάς τε καὶ ἀνδρῶν ἄκριτα φῦλα,
μνήσομαι ὠκεανοῖο βαθυρρόου,

neque ibi deest historia quaedam de Namnitibus (vs. 570 sqq.), quam sine dubio collegit poeta ex Posidonii libro *περὶ ὠκεανοῦ* (cf. Strabo p. 198). Oceano enim multum tribuisse geographos antiquos[3]) apparet ex Strab. p. 120 § 17: *πλεῖστον δὲ ἡ θάλαττα γεωγραφεῖ καὶ σχηματίζει*

1) cf. Schuehlein, Untersuchungen zu Posidonius, progr. Frising. 1891, p. 23 sqq. 1900, p. 4.

2) cf. Mueller, de Posidonio Manilii auctore, diss. Lips. 1901, p. 19 sqq., 27.

3) Pytheae titulus gemellus commemoratur, cf. Gemini el. astr. VI. 9.

τὴν γῆν, quam sententiam Mueller l. l. p. 20 ad Posidonium revocavit. Ac certissimum quidem testimonium [1]) ipse Strabo affert libro VIII ineunte: ἄλλοι δ' εἰς τὸν φυσικὸν τόπον καὶ τὸν μαθηματικὸν προσέλαβόν τινα καὶ τῶν τοιούτων, καθάπερ Ποσειδώνιός τε καὶ Ἵππαρχος. Adiungas etiam p. 104, ubi Strabo de Posidonii περὶ ὠκεανοῦ libro iudicium fert: πολλὰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα τυγχάνει τῆς προσηκούσης διαίτης, ὅσα γεωγραφικά. ὅσα δὲ φυσικώτερα ἐπισκεπτέον ἐν ἄλλοις ἢ οὐδὲ φροντιστέον. Ex his geographi verbis et quia historiarum Posidonii liber nullo loco commemoratur mea quidem sententia dici potest, Strabonem nil nisi illud opus adhibuisse.

Accedit quod et Strabo et Athenaeus in eis quae simul exhibent, valde inter se distant, ita ut eluceat non idem utrumque opus sequi. Atque in Strabonis narratione ubicumque Posidonii itinera in occidentem versa iam facta esse debent vel ipsa commemorantur, cf. e. g. p. 198: φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην τὴν θέαν πολλαχοῦ, quibus apparet Strabonem usum esse libro περὶ ὠκεανοῦ qui itinere illo confecto conscriptus est [2]). Contra Athenaeus, apud quem haec adnotatio deest (p. 246), librum ἱστοριῶν exhibuit, in quo conscribendo Posidonius auctores maxime scriptoresque secutus esse videtur, inprimis Timaeum historicum [3]). Iam ut probem Diodorum magis premere eadem vestigia ac Strabonem, quam concinere cum Athenaeo, hoc afferam. Athenaeus l. VI, p. 233 ex Posidonio nonnulla refert de metallis Helveticis quae admodum consentiunt cum eis quae Strabo ac Diodorus iterum Posidonium secuti [4]) de metallis Ibericis narrant. Adnectitur veriloquium illud quo nomen Ἄλπια revocatur ad Ῥιπαῖα (sc. ὄλβια). Apparet aut Athe-

1) cf. Scheppig, de Posidonio Apam., diss. Hal. 1870, p. 19.

2) quod nuper Unger ostendit, Philol. 55, p. 245 sqq.

3) cf. Muellenhoff, D. A. II p. 304, 312, saepius; Geffcken, Timaeus' Geographie des Westens p. 95, 183, ubique. Timaeum vero recensuisse Posidonium apparet si comparamus locos hos: Θαυμάσια ἀκούσματα 90 sqq.—Str. 165, Diod. IV. 20; Θ. ἀ. 86—Str. 199; Θ. ἀ. 92—Str. 222.

4) Muellenhoff, D. A. II. 312.

naeum erravisse [1]), aut illa scripsisse Posidonium antequam locos Ibericos adiret; postea autem illum transtulisse narrationem ad metalla Iberica quae Alpium divitias longe superabant veri simile videtur. Praeterea ex eis quae apud Athenaeum sequuntur de Scordiscis [2]) facile intellegitur haec esse scripta antequam ea exponerentur quae legimus apud Strabonem p. 188 de Tectosagibus, cf. infra p. 33 sq. Quae cum ipse investigavisset Posidonius pertinere apparet ad librum περὶ ὠκεανοῦ, in quo multas quaestiones examinavit iterumque tractavit [3]).

Tum haec deliberari possunt. Athenaeus p. 154a ex Posidonii historiarum libro XXIII [4]) laudat: Κελτοί, φησίν, ἐνίοτε παρὰ τὸ δεῖπνον μονομαχοῦσιν, quod Diodorus l. IV c. 28 narrat: εἰώθασι δὲ καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ἐκ τῶν τυχόντων πρὸς τὴν διὰ τῶν λόγων ἅμιλλαν καταστάντες, ἐκ προκλήσεως μονομαχεῖν πρὸς ἀλλήλους. Iam procul ab illo loco ex libro XXIII Athenaeus p. 151e exhibet: ἡ τροφὴ δ' ἐστὶν ἄρτοι μὲν ὀλίγοι, κρέα δὲ πολλὰ ἐν ὕδατι καὶ ὀπτὰ ἐπ' ἀνθράκων ἢ ὀβελίσκων, quod Diodorus eodem capite atque alio plane modo narrat: πλησίον δ' αὐτῶν ἐσχάραι κεῖνται γέμουσαι πυρὸς καὶ λέβητας ἔχουσαι καὶ ὀβελίσκους πλήρεις κρεῶν ὁλομερῶν. De bardis agitur apud Athenaeum p. 246c (ex libro XXIII), apud Diodorum c. 31. Apparet utrumque plane alium ordinem sequi, quod ex eo prodire mihi videtur, quia alius alium librum adhibuit.

Ex altera parte Diodorus quam maxime consentit cum Strabone, cum uterque eodem fere ordine res enarret, velut in Gallia describenda:

1) Quod Muellenhoff l. l. p. 312 contendit.

2) cf. Bake, Posidonii Rhodii rel. doctrinae p. 169; opp. Mueller, F. H. G. III. 274, s. 48.

3) cf. Schuehlein l. l. p. 4: 'Revision und Untersuchung streitiger Probleme der wiss. Geographie'.

4) Mueller l. l. in fragmento 24 erravit, cf. Unger l. l. p. 110. Quantum Athenaei et Diodori narrationes differant, cognoscas ex Carolo Muellenhoff, D. A. II, 307, qui hinc corrigendus.

de campo lapidum agitur
apud Diodorum c. 26, apud Strab. p. 182,
de templorum divitiis
apud Diodorum c. 27, apud Strab. p. 188,
de religione
apud Diodorum c. 28, apud Strab. p. 197, § 4,
de moribus
apud Diodorum c. 29, apud Strab. p. 198,
de vestitu, armis
apud Diodorum c. 30, apud Strab. p. 197, § 5, 196,
de sacrificiis apud Diod. c. 31, apud Strab. p. 198.

Quae attuli, quamvis non nescirem difficultates haud mediocres existere quae pugnarent cum eis quae adhuc inter plerosque constant. Tamen ambire angustias illas nolebam cum comperissem, quo plus proficerem in studiis Posidonianis, multa esse atque sibi contraria quae nondum explanata sint. Neque enim res ita comparata est ut difficultates omnes ad excerptores revocari possint, sed in ipsis philosophi libris illae inveniuntur, quod iam Strabo p. 98 vituperat, multisque aliis locis affirmari potest[1]).

Sed haec hactenus, cum infra in singulis quibusdam exponendis operam daturi sumus ut demonstremus, quantum Strabo Posidonio debeat et quale fuerit illius opus, ex quo potissimum auxilium petierit. Neque nostrum putavimus ut totius philosophi libri rationem haberemus, sed ut interpretandis nonnullis Strabonis locis atque explicandis et Strabonem et Posidonium cognosceremus conexumque sententiarum Posidoniarum enucleremus.

1) ex. gr. hic Curtium Wachsmuth laudaverim, Einleitung z. alt. Gesch. p. 653: 'Der Philosoph sucht überall in das Wesen der Dinge einzudringen und die tieferen Ursachen der Ereignisse klar zu legen. Nur steht damit in einem ungelösten Widerspruch der deisidämonische Zug, der z. B. in der Schilderung des sizilischen Sklavenaufstandes herrscht'. Cf. Diels, Sibyll. Blätter p. 22.

II.

Ad Strabonis p. 29[1]).

Ut eruamus quid Posidonius de ventorum distributione cogitaverit adhibendus esse videtur Galenus qui in libello qui inscribitur *εἰς τὸ Ἱπποκράτους περὶ χυμῶν ὑπόμνημα* inde a. l. III, c. 13 (p. 395 sqq. K.) hac de re agit. Inspiciamus p. 409 sq., ubi sine dubio Aristotelis ventorum tabula occurrit, cf. meteorol. l. V (p. 363 sq. B). Eandem illam tabulam etiam apud Strabonem invenimus, tertia solum tetrade omissa, quippe quae trunca esset. Hanc tabulam quam receperint Aristoteles, Timosthenes, Bion alienam esse ab Homeri ratione Posidonius apud Strabonem contendit[2]). Ergo ipse illam non comprobasse videtur. Quaenam igitur est Posidonii sententia?

Galenus p. 407 K antequam de Aristotelis ventorum descriptione refert, verba facit haec: *οἱ δὲ τέτταρα μόνον τὰ πνεύματα εἶναι λέγοντες, τοῦτο καθ' Ὅμηρόν φασιν· αὐτὸς γὰρ τέτταρα ὀνομάζει λέγων·*

σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἔπεσον Ζέφυρός τε δυσαὴς
καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων (ε 295/6).

οἱ δὲ πολλοὺς ποιοῦντες ἐκ τῆς θέσεως τεκμαίρονται.

Iam videamus quae sit ratio apud Strabonem in eis quae illis supra laudatis praecedunt: *εἰσὶ δέ τινες οἵ φασιν εἶναι δύο τοὺς κυριωτάτους ἀνέμους Βορέαν καὶ Νότον, τοὺς δὲ ἄλλους κατὰ μικρὰν ἔγκλισιν διαφέρειν, τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν Εὖρον, χειμερινῶν δὲ Ἀπηλιώτην, δύσεων δὲ θερινῶν μὲν Ζέφυρον, χειμερινῶν δὲ Ἀργέστην. τοῦ δὲ δύο εἶναι τοὺς ἀνέμους ποιοῦνται μάρτυρας Θρασυάλκην τε καὶ τὸν ποιητὴν αὐτὸν τῷ τὸν μὲν Ἀργέστην τῷ Νότῳ*

1) cf. diagrammata adnexa I—V.

2) Ita esse interpretandum ego censeo, aliter fecerunt:
Berger, Fragmente des Eratosthenes p. 211.
Boll, Studien zu Ptolemaeus, N. Ib., S. XXI (1894), p. 230.
Capelle, Die Schrift v. d. Welt, N. Ib. VIII (1905), p. 545.
In eundem errorem nuperrime incidit Steinmetz in diss. Gott. de ventorum descriptionibus apud Graecos Romanosque ed. p. 58 sq.

προσνέμειν „Ἀργεστᾶο Νότοιο", τὸν δὲ Ζέφυρον τῷ Βορέᾳ „Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον". Ergo ex Strabonis ratione apud Homerum re vera sex venti numerantur, quattuor valent quia cum Ἀργέστης et Νότος tum Ζέφυρος et Βορέας una plerumque appellantur; sunt autem duo genera principalia: et genus ad meridiem et ad septentriones spectans. Sed accuratius quaerenti haec ratio in Hippocratem magis quadrare videtur[1]). Atque facile intellegi puto, apud Strabonem Posidonii argumentationem non integram esse servatam, sed debilitatam. Tamen hoc quidem ex comparatione Galeni Strabonisque, qualem instituimus, apparere mihi videtur, Posidonium laudavisse quattuor ventos principales poetae scilicet ipsis vocabulis servatis; etenim axe transversa i. e. ventis ad ortum occasumque solis non iam carere potuit. Quibuscum fortasse consentiunt quae legimus in libro περὶ κόσμου c. IV: καὶ οἱ μὲν ἀπ' ἀνατολῆς συνεχεῖς Εὖροι κέκληνται, Βορέαι δ' οἱ ἀπ' ἄρκτου, Ζέφυροι δ' οἱ ἀπὸ δύσεως, Νότοι δ' οἱ ἀπὸ μεσημβρίας, quibus Galenus quoque consonat p. 399: εἰσὶ δὲ τέτταρα ἄνεμοι ὡς τῶν ἄλλων κορυφαῖοι. Εὖρος μέν, ὃς ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς πνεῖ, Νότος δὲ ἀπὸ τῆς μεσημβρίας, Ζέφυρος ἀπὸ δυσμῶν, Βορρᾶς δὲ ἀπὸ τῶν ἄρκτων. καὶ οὗτοι τόποι εἰσὶν ἀλλήλοις ἀντικείμενοι καὶ πλάτος ἔχοντες μέγα[2]). Neque quicquam obstare mihi videtur, ne ipse Posidonius qua erat modestia tabulam etiam Aristotelicam et Timosthenicam laudaverit in qua venti illi principales tripartiti extant, sed ita ut Βορέας atque Εὖρος loco suo remoti sint. Itaque illorum tabula occurrit in libello περὶ κόσμου, apud Senecam, N. Q. V. 16 (per Varronem), ceterosque, cf. Capelle, l. l. p. 542 sq. Tamen ipse Posidonius mihi videtur tabulam Aristotelis et Timosthenis ‚ἐκ τῆς θέσεως' factam esse censuisse.

1) cf. Berger, wiss. Geographie der Griechen und Römer², p. 128 sqq.

2) Si Achilles c. 33 qui γενικωτάτους ἀνέμους τέσσαρας enumerat pro Εὔρῳ habet Ἀπηλιώτην factum id esse Aristotelis auctoritate putaverim.

Neque ipsa exempla desunt, quibus haec Posidonii sententia comprobetur; nam primum ex narratione quam p. 144 Strabo e Posidonio exhibet: ἴδιον δέ τί φησι Ποσειδώνιος τηρῆσαι κατὰ τὸν ἀνάπλουν τὸν ἐκ τῆς Ἰβηρίας, ὅτι οἱ Εὖροι κατ' ἐκεῖνο τὸ πέλαγος ἕως τοῦ Σαρδῴου κόλπου πνέοιεν ἐτησίαι, κ.τ.λ. clare evincitur, Posidonium usum non esse ventis Aristotelicis et Timosthenicis propterea, quod ventum ex regione inter septentriones et orientem solem (sc. aquilonem) desideramus, qui impediebat, ne naus ad Ostias — nam eo tetendisse navigationem veri simile est — appelleretur, sed eum in regiones Africae oppositas detulit[1]). Contra alio loco, p. 99, Ζέφυρος significare videtur ventum ex regione inter septentriones et occasum solis spirantem, cum audimus, Eudoxum Cyzicenum πλεῖν ἐπὶ τὴν Ἰνδικὴν μετέωρον (sc. e Gadibus) Ζεφύροις συνεχέσιν.

Sic alius quoque locus perdifficilis[2]) melius fortasse intellegitur. Legimus apud Plinium, N. H. IV. 57 (Mueller F. H. G. III. 87): *Posidonius ab aestivo solis ortu ad hibernum exortum (Indiam) metatus est adversam Galliae statuens, quam ab occidente aestivo ad occidentem hibernum metabatur totam a Favonio. Itaque adversam eius venti afflatu iuvari Indiam salubremque fieri haud dubia ratione docuit.* Sed fieri nullo modo potest ut Posidonius Indiam in eandem atque Galliam parallelum posuerit, cf. Strab. p. 103: ἐπαινῶν δὲ (sc. Posidonius) τὴν τοιαύτην διαίρεσιν τῶν ἠπείρων, οἵα νῦν ἐστι, παραδείγματι χρῆται τῷ τοὺς Ἰνδοὺς τῶν Αἰθιόπων διαφέρειν τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ (sc. qui regionem eiusdem latitudinis habitant). εὐερνεστέρους γὰρ εἶναι καὶ ἧττον ἔψεσθαι τῇ ξηρασίᾳ τοῦ περιέχοντος (quod Favonii salubritate fieri videtur). Vel potius Indiam per diametrum ita Galliae oppositam accipere oportet, ut apparet ex Fa-

1) Illud nunc quoque valet, cf. Philippson, das Mittelmeergebiet p. 96: ‚im westl. Mittelmeer reicht die sommerliche Herrschaft des Passats, vornehmlich als Nord-Nordostwind bis zu 40° der Breite' (i. e. ad plagam maris Sardoi).

2) cf. Berger, l. l. p. 575.

vonii interpretatione supra exposita, ut hunc ventum inter septentriones atque occidentem (aequinoctialem) positum intellegamus. Atque haec ita esse ut diximus alio loco confirmatur. Etenim Ptolemaeum in tetrabiblo conficiendo praecipue quod attinet ad librum II. de geographicis pressisse vestigia Posidonii nuper Friedericus Boll, l. l. p. 210 sqq., certis argumentis ostendit. Legimus illic: *γίνεται τεταρτημορία τέτταρα σύμφωνα τῇ θέσει τῶν τριγώνων· ἓν μὲν πρὸς Βορρᾶν καὶ Λίβα τῆς ὅλης οἰκουμένης κείμενον τὸ κατὰ τὴν Κελτογαλατίαν, ὃ δὴ κοινῶς Εὐρώπην καλοῦμεν. τοῦτο δ' ἀντικείμενον τὸ πρὸς τὸν Νοταπηλιώτην, τὸ κατὰ τὴν ἑῴαν Αἰθιοπίαν ὃ δὴ τῆς Μεγάλης Ἀσίας νότιον μέρος ἂν καλοῖτο, καὶ πάλιν τὸ μὲν πρὸς Βορραπηλιώτην τῆς ὅλης οἰκουμένης τὸ κατὰ τὴν Σκυθίαν ὃ δὴ καὶ αὐτὸ βόρειον μέρος τῆς Μεγάλης Ἀσίας γίνεται. τὸ δ' ἀντικείμενον τούτῳ καὶ πρὸς Λιβόνοτον ἄνεμον τὸ κατὰ τὴν ἑσπερίαν Αἰθιοπίαν, ὃ δὴ κοινῶς καλοῦμεν Λιβύην.* Videmus hic eandem doctrinam valere atque apud Plinium neque recte se habere, quod Boll p. 212 exposuit: *Die Pliniusstelle schließt es nach meiner Ansicht aus, daß Posidonius selbst hier den Ephorus*[1]) *verbessert hätte*, vel potius apud Plinium eandem rationem latere atque eam quae in Ptolemaeo invenitur, quae spectat ad Posidonium quaeque valde differt ab Ephori nativa doctrina. Plinium autem non intellexisse vel falso reddidisse Posidonii sententiam accipiamus oportet.

Ceterum Plinius plane ex Posidonii opinione, qui *φύσιν* praevalere maluerit, ventos distribuisse videtur (II. 119), quia nomina ventis ipsis propria proprio etiam ordine occurunt: Corus et Volturnus, Aquilo et Africus; cum Septentrio et Auster, Favonius et Subsolanus (e graeco *ἀπηλιώτης* translatus) ad ipsos caeli cardines significandos pertinere videantur. Cori autem nomen Posidonium adhibuisse locus quidam Lydi, de ostentis, p. 95, 14 sq., quem Capelle, in Hermae vol. 40, p. 623 sq., suo iure Posidonio vindicavit, testimonio est: *εὔκρατος γὰρ σχεδὸν παρὰ πᾶν χωρίον ὁ κατ' ἐκείνην ἀήρ, ἀπὸ μὲν ἄρκτου πλευρᾶς ἑκατέρας τῷ Βορρᾷ Ἰάπυγί τε Κώρῳ τε*[1]) *ἐξ Ἄλπεων καταπνεομένης πάσης τῆς ὑποκειμένης τῷ Ἀπεννίνῳ βαθείας* etc.

1) apud Strab. p. 34, cf. F. H. G. I. 243 sq.

III.

De pagg. 30, § 24,—37.

Ac primo quidem probandum nobis est quantum huius partis ad Posidonium sit referendum. Agitur p. 30, § 24 de isthmo Arabico quem novisse Homerum magnopere Strabo contendit: *τοσοῦτον γὰρ δεῖ τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι τὸ ἀγνοεῖν Ὅμηρον τὸν ἰσθμὸν τοῦτον, ὥστε ἐκεῖνον μέν φημι μὴ εἰδέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποφαίνεσθαι ἄντικρυς — τοὺς δὲ γραμματικοὺς μηδὲ λέγοντος ἐκείνου αἰσθάνεσθαι ἀπὸ Ἀριστάρχου καὶ Κράτητος τῶν κορυφαίων ἐν τῇ ἐπιστήμῃ ταύτῃ.* Quid valeat haec exclamatio intellegi potest ex p. 103, ubi comprobat ipsius Cratetis sententiam geographus: *ἐκεῖ δὲ καὶ περὶ τῆς γραφῆς τῆς Κρατητείου διῃτήσαμεν ὅτι οὐδὲν διαφέρει οὕτως ἢ ἐκείνως γράφειν κ.τ.λ.*

Sequitur plenior beneque inter se cohaerens disputatio de Odysseae versibus I, 23—24:

Αἰθίοπες, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

Primo res est de Cratetis Aristarchique sententiis. Tum fusius exponitur quibus variis modis intellegi possit, Aethiopiam esse bipartitam. Ac primo et facilius quidem explicari posse, Nilum esse, qui utramque Aethiopiam efficeret; deinde ex eo quod Homeri temporibus nemo quidem totam Africam circumnavigasset colligi posse, poetam credidisse, isthmum aliquem esse interpositum atque ea de causa Aethiopiam vergere et ad orientem et ad occidentem.

Sequitur Ephori historia p. 33, tum ad aliud argumentum transit auctor, quod quidem proprium sapere auctorem mihi videtur: exemplo usus est populorum septentrionalium, quos primo quidem generali nomine Scythas vel Nomades nominaverint, sicut Homerus, deinde postquam occidentales quoque cognoverint, Celtos et Iberes, vel Celtoscythas et Celtiberes. Iam laudantur Aeschyli

1) sunt eidem, cf. Kaibel, Antike Windrosen, Herm. 20, 608.

Prometheus Liberatus atque Phaethon Euripidis. Nemo, opinor, casu factum hoc esse putabit, quod alio loco ubi Posidonius ipse laudatur, p. 183, ex ipso Aeschyli Prometheo aliud exemplum occurrit.

Atque ea quae sequuntur facile huic philosopho accommodantur: *παρ' ὅλον γὰρ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τοῦ ὠκεανοῦ ταύτην πρὸς τὸν ἥλιον ἴσχοντος τὴν χρείαν καὶ τὴν σχέσιν, παρ' ὅλον καὶ τοὺς Αἰθίοπας τάττων φαίνεται.* Optime enim illa verba illustrantur his, quae Macrobius, Saturn. I. 23, 3 exhibet: *Ideo enim sicut et Posidonius et Cleanthes adfirmant, solis meatus a plaga quae usta dicitur non recedit, quia sub ipsa currit oceanus qui terram et ambit et dividit, omnium autem physicorum adsertione constat calorem humore nutriri*, ita ut Strabonis vocabulum *χρεία*[1]) ad sidera nutrienda, *σχέσις* ad situm inter circulos solstitiales spectare haud dubie videatur.

Iam in summas implicabimur difficultates si alios locos inspiciemus ex quibus vera Posidonii sententia elucet, e. g. Gemini elem. astr. XVI. 21 sqq., Cleomedis de motu circ. I. 6, 31 sqq.[2]), qua zonam torridam esse habitabilem putabat. Testimonio accedit ipse Strabo, p. 95, § 3, ubi eadem opinio satis clare adparet. Aperte igitur res hic et illic narratae secum pugnant; atque Strabo hoc ipse affirmat, Posidonium sibi ipsi oblocutum esse, cf. pag. 98: *ταῦτα δ' εἰπὼν ἐνταῦθα* (sc. *οὐκ ὀρεινὴν εἶναι τὴν ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ, ἀλλὰ μᾶλλον πεδιάδα*) *ἐν ἄλλοις συγχωρεῖ, φήσας ὑπονοεῖν ὅρη εἶναι τὰ ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ ... αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀνομολογία φανερά· ἀλλὰ καὶ δοθέντος τοῦ ὀρεινὴν εἶναι τὴν ὑπὸ τῷ ἰσημερινῷ, ἄλλη τις ἀνακύπτειν ἂν δόξειεν· οἱ γὰρ αὐτοὶ σύρρουν φασὶν εἶναι τὸν ὠκεανόν· πῶς οὖν ὄρη κατὰ μέσον ἱδρύουσιν αὐτόν; πλὴν εἰ νήσους τινὰς βούλονται λέγειν.* Atque hoc proximum ita fortasse

1) cf. Philonis de prov. § 64: *Sol quem nonnulli rectorem esse dixerunt, eo quod largitur necessaria, ex mari, inquiunt, nutritur ... Nam circumambulans sol aeternos illos terminos haud transgreditur.* Cf. Wendland, Philos Schrift über die Vorsehung p. 66, adn. 6.

2) cf. Boericke, quaestiones Cleomedeae, diss. Lips. 1904, p. 33, qui testimonia omnia collegit.

expediri potest ut Strabonem haesisse in mari Cratetis aequinoctiali, Posidonium autem omnino de oceano orbem circumfluente cogitavisse accipiamus. Etenim alia discrepantia, quam in Posidonio Strabo p. 830 adnotat: *Ποσειδώνιος δ' οὐκ οἶδ' εἰ ἀληθεύει φήσας ὀλίγοις καὶ μικροῖς διαρρεῖσθαι ποταμοῖς τὴν Λιβύην· αὐτοὺς γάρ, οὓς Ἀρτεμίδωρος εἴρηκε, τοὺς μεταξὺ τῆς Λυγγὸς καὶ Καρχηδόνος καὶ πολλοὺς εἴρηκε καὶ μεγάλους*, in ipsum Strabonem recidit, cum legimus p. 95, § 3: *ὅρη γὰρ μὴ εἶναι πλησίον ὥστε τὰ νέφη προσπίπτοντα ὄμβρους ποιεῖν, μηδὲ δὴ ποταμοῖς διαρρεῖσθαι*, neque enim discrimen facit inter totam Africam partemque septentrionalem[1]). Sed quid iam censeamus de difficultatibus illis quas supra indicavimus?

Una via patere mihi videtur, qua illae difficultates expediantur. Satis enim scimus Posidonium fuisse philosophum atque historicum qui omnibus in rebus eorum quoque rationem habuerit qui sive poetae sive philosophi ante eum extiterint[2]). Ex hac ratione illum Homerum potissimum subtiliter interpretatum esse consentaneum est. Incuria autem vel arbitrio eorum qui notitiam fere omnem de Posidonii doctrina nobis tradiderunt, factum esse videtur, ut integra philosophi doctrina careamus[3]). Neque raro animadvertimus Posidonium veterum quibusdam sententiis favisse et ita benigne de eis iudicasse ut facile accidere potuerit ut qui illo uterentur a via aberrarent. Praeterea illum poetarum dicta non tam argumenti quam ornamenti causa inseruisse Martini[4]) recte monuit. Accedit quod Strabo suo plane arbitrio quaecumque ei placebant ex argumentatione Posidoniana divulsit atque excerpsit, omisit vero quae displicebant; quod dissertatione progressa clarius fortasse fiet.

Ephori perinde sententia de geographica Homerica exposita ita finem facit Strabo p. 35, ut dicat, sinu Ara-

1) cf. Schuehlein, l. l. p. 34 sq., qui aliter interpretatur.

2) cf. Sudhaus, Aetna p. 74 adn.

3) Diels, doxogr. gr. p. 19. Cf. Oder, Philol. S. VII (1899), 368.

4) Lucubrationes Posidonianae I. p. 158.

bico divisisse Homerum in duas partes Aethiopiam, *καθάπερ οὖν οἱ χαριέστεροι τῶν διαιρούντων τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Λιβύης ὅρον εὐφυέστερον ἡγοῦνται τοῦτον τῶν ἠπείρων ἀμφοῖν τὸν κόλπον ἢ τὸν Νεῖλον*, quibus verbis ipse indicatur Posidonius qui divisionem terrarum per isthmos factam laudabat, cf. Strab. p. 491, 188, alios, praeterea *περὶ κόσμου* libellum p. 393[b] 23 sqq. B. Vidimus igitur varias virorum sententias rettulisse Posidonium, antequam quid ipse sentiret exponeret. Sed haec Posidonii argumentatio nondum ad finem perducta est; audimus enim p. 103, Posidonium etiam aliud argumentum duxisse ex eo, quod Aethiopes Libyci valde differrent ab Aethiopibus Asiaticis, sc. Indis. Apparet igitur totam illam expositionem pertinere ad Posidonium atque ad librum *περὶ ὠκεανοῦ*, de quo disserit Strabo eadem illa pag. 103.

Proximas deinde paginas 34—37 Posidonio adscribere velim, quia hae quoque sententiae huius potissimum philosophi faciem prae se ferunt. Auctorem non appellat Strabo ea de causa, quia plane ex ipsius animo ac quasi e superficie rerum rem egisse sibi visus est. Demum p. 41, § 34 ipse Posidonius diserte laudatur quippe ubi in difficiliore argumento versetur res. Comperimus universe nonnulla de interpretatione Homerica, quatenus quidem poetae in describendis geographicis fides habenda sit. Ac statuitur primum, imperitiam poetae ex eius silentio non consequi (*ἁπλῶς δὲ τὸ μὴ λέγειν οὐ τοῦ μὴ εἰδέναι σημεῖόν ἐστιν*), tum permulta esse per exaggerationem (*καθ' ὑπερβολήν*) dicta, sicut ab arte fabulandi (*μυθοποιία*), quae delectare vellet, desideraretur. Hanc Posidonii quoque esse opinionem locis quibusdam allatis clarius fiet. Primo ex p. 43, § 36, quae subsequitur certam Posidonii eclogam (p. 41), nonnulla iuxta ponere liceat:

p. 37: *αἱ δὲ μυθοποιίαι οὐκ ἀγνοίας σημεῖον δήπου. ... πρὸς ὑπερβολὴν καὶ ἐμφάσεως. ... τοῦ μυθώδους χάριν οὐ γὰρ κατ' ἄγνοιαν τῶν τοπικῶν λέγεται ἀλλ' ἡδονῆς καὶ τέρψεως χάριν.*

p. 43: *οὐ γὰρ κατ' ἄγνοιαν τῆς ἱστορίας ὑπολεπτέον λέγεσθαι τοῦτο, ἀλλὰ τραγῳδίας χάριν καὶ φόβου. φαίνεται γὰρ εὐθὺς ὅτι μύθους παραπλέκουσιν ἑκόντες οὐκ ἀγνοίᾳ τῶν τόπων, ἀλλὰ πλάσει τῶν ἀδυνάτων τερατείας καὶ τέρψεως χάριν*[1]).

Accedit testimonium Cleomedis e libro de circ. motu corp. cael., ubi l. I, c. 73 de magnitudine solis agitur: *ἐμφαίνει δὲ ὁ ποιητής, ὅσον ἐστὶ τὸ τάχος τῆς κατὰ τὸν κόσμον πορείας* (cf. Homeri exemplum Iliadis V. 770 sq.)· *ἀλλὰ μεγαλοφυῶς μὲν τοῦτο εἴρηται αὐτῷ καὶ κατὰ θαυμαστὴν αὔξησιν.* Porro ex Strabonis p. 149, quae facillime Posidonio vindicatur (cf. infra p. 30), similis de poetis sententia invenitur: *ἀεὶ τοὺς μύθους ἀπό τινων ἱστοριῶν ἐνάγων, ... ὥστε καὶ τὴν Ὀδύσσειαν καθάπερ καὶ τὴν Ἰλιάδα ἀπὸ τῶν συμβάντων μεταγαγεῖν εἰς ποίησιν καὶ τὴν συνήθη τοῖς ποιηταῖς μυθοποιίαν*, quod quidem p. 19, § 8 ex. paucis ita pronuntiatum est: *καὶ οἱ πρῶτοι δὲ ἱστορικοὶ καὶ φυσικοὶ μυθογράφοι.* Praeterea si sermonem respicimus occurrunt hyperbolae illae cumulatae, p. 36: *καὶ καθάπερ εἰσί τινες ὑπερβολαὶ ἐπὶ ὑπερβολαῖς, ὡς τὸ κουφότερον εἶναι φελλοῦ σκιᾶς*[2]), *δειλότερον δὲ λαγὼ Φρυγός, ἐλάττω δ' ἔχειν γῆν τὸν ἀγρὸν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς· οὕτως ἐξοχὴ ἐπὶ ἐξοχῇ συντρέχει ἐπὶ τοῦ διιπετῆ τὸν Νεῖλον λέγεσθαι*, cf. p. 826.

In eis quae sequuntur Aristonici libro *περὶ τῆς Μενελάου πλάνης* Strabonem usum esse veri simile est, quoniam illum laudat p. 38. Quod vero illae paginae Posidonium sapere haud dubie videntur, hoc ita explicari oportet ut censeamus aut Strabonem ad Posidonium revertisse (sive ex ipsius memoria verba fecisse), aut Aristonicum Posidoniana quaedam in sua transtulisse, quod discernere non audeo. Tum vero certe adparet Posidonius p. 41, § 34, sqq., usque p. 44, § 36, et ipse nominatim laudatur. Sed iam

1) cf. etiam fusiorem expositionem p. 19, § 8, quam Binder, Dio Chrysostomus et Posidonius, diss. Tub. 1905, p. 42 sq. Posidonio vindicavit.

2) cf. Str. p. 53: *τὸ κουφότατον, φελλόν*, in ipsa ecloga Posidoniana.

paulo ante indicium aliquod quo Strabo furti accusetur extare mihi videtur. Legitur enim p. 40, § 23 in codicibus: *καίτοι καὶ ἄλλο τι ἦν τὸ ποιῆσαν καίπερ ἤδη μνησθέντα τῆς Φοινίκης ἰδίως πάλιν καὶ τὴν Σιδῶνα συγκαταλέξαι* [*φησίν, ὅπερ ζητοῦσι ἔνιοι*]. Recedit illud *φησίν* sine dubio ad Aristonicum, *ἔνιοι* fortasse ad Posidonium [1]). Totum autem enuntiatum spectat ad p. 37, § 31: *βέλτιον ἴσως ἐστὶ τὰ ἐν τοῖς ἔπεσι τούτοις ζητούμενα προεκθεμένους ἅμα ταῦτά τε διαστεῖλαι καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ ἀπολογήσασθαι καθαρώτερον*, et: *ζητοῦσι δὲ πρὸς τίνας ἦλθεν* (Menelaos) *Αἰθίοπας πλέων ἐξ Αἰγύπτου.*

Deinceps agitur de charybdi Homerica; atque gaudemus, quod et Cratetis et Polybii et Posidonii sententiae servatae sunt. Illam autem quae p. 43, § 36 extat non esse ipsius Strabonis sententiam facile cognoscitur; is enim p. 4, § 7 aliam prorsus opinionem laudat, quam videbimus esse Polybii, si hos locos comparamus:

p. 4, § 7: *καὶ γὰρ εἰ μὴ τρὶς ἀλλὰ δίς, τάχα τῆς ἱστορίας παραπεσόντος ἢ τῆς γραφῆς διημαρτημένης*

p. 25, § 16: *τὸ δὲ τρὶς . . . ἀντὶ τοῦ δίς, γραφικὸν εἶναι ἁμάρτημα ἢ ἱστορικόν* (sc. dixit Polybius).

Quid senserit Crates grammaticus apparet ex Porphyrio scholioque ad Odysseae carm. XII, vs. 105, quorum argumenta cum Strabonis coniuncta iuxta invenies apud Ernestum Maaß l. l. p. 190. Sed Porphyrium scholiumque rursus exhibemus:

Porph. ad Od. XII. 105 (Schrader II. 110):
Κράτης μὲν οὖν· „τρὶς μὲν γὰρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ" ἔφησεν ⟨ἀντὶ τοῦ πολλάκις Homerus⟩ [2]).

Schol. Od. XII. 105:
τινὲς τὸ ‚τρὶς' ἀντὶ τοῦ πολλάκις.

1) ad hunc potissimum illud referam quia tota interpretatio similis est ei, quam Posidonius p. 41, § 36 de charybdi Homerica instituit (sc. *ἀπὸ λέξεως*).

2) cf. Maaß l. l. p. 192.

μᾶλλον δ'ἂν ἀπὸ τῆς λέξεως λύοιτο, οὐχ ὅτι τὸ τρὶς ⟨οὐ⟩ δύναται δηλοῦν πολλάκις, ἀλλ' ὅτι ἥμαρ λέγεται τὸ σὺν τῇ νυκτί, οἷον „ἕνδεκα δ' ἤματα θυμὸν ἐτέρπετο". δι' ὀκτὼ δ' ὡρῶν ἔοικε, γίνεται ὁ ἀνασπασμός.

ἄμεινον δὲ τὸ ‚ἐπ' ἤματι' ἀντὶ τοῦ νυχθημέρου. δι' ὀκτὼ ὡρῶν γίνεται ὁ σπασμὸς τοῦ ὕδατος, ὡς Ὀδυσσεύς φησιν.

V. d. Maaß Schraderum secutus Cratetis verba deficere post *ἔφησεν* statuit, p. 192. Cui equidem non assentiar neque putaverim *Cratetem iam a communi* (?) *Strabonis et Porphyrii auctore* (sc. Posidonio) *fuisse desertum*, cum m. s. Porphyrius plane consentiat cum scholiasta, Strabo aliam prorsus opinionem proferre videatur. Verba Strabonis sunt enim haec: *ἴσως δ' ἄν τις καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας τεκμήραιτο, ὅτι ὑπαινίττεταί πως τὸ ἀληθές· μᾶλλον γὰρ ἂν ἐφαρμόττει τῷ δὶς γενέσθαι τὴν παλίρροιαν κατὰ τὸν συνάμφω χρόνον, τὸν ἐξ ἡμέρας καὶ νυκτός, ἢ τῷ τρὶς τὸ τοσοῦτον χρόνον μεῖναι τὰ ναυάγια ὑποβρύχια* [1]). Statim intellegimus haec arte cohaerere cum eis quae praecedunt: *εἰ δὲ δὶς τῆς παλιρροίας γινομένης καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα ἐκεῖνος τρὶς εἴρηκε „τρὶς μὲν γὰρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ", λέγοιτ' ἂν καὶ οὕτως· οὐ γὰρ κατ' ἄγνοιαν τῆς ἱστορίας ὑπολητέον λέγεσθαι τοῦτο, ἀλλὰ τραγῳδίας χάριν καὶ φόβου*, quibus verbis idem omnino explicatur: Homerum verum novisse sed aliis verbis significasse, sc. *τραγῳδίας χάριν καὶ φόβου*. Nam ut illud *φόβου χάριν* ad Circen, ita *τραγῳδίας χάριν* spectare ad charybdis naturam apparet. Illa autem quae Strabo sine dubio Posidonio debet (quod etiam divinat Maaß p. 192. a. 32) nullo modo confundere licet cum sententia ea quae ansam sumit ab alterno fluctuum motu octo horarum (*ἀνασπασμός*). Hanc autem esse propriam Cratetis doctrinam

1) e Posidonii vocabulario *ὑποβρύχιος* esse videtur, cf. Athen. VIII. 333 c: *πελάγιον κῦμα . . . πάντας αὐτοὺς ἐπέκλυσεν διέφθειρέν τε ὑπυβρυχίους.*

mihi prorsus persuasi quia talia adamabat ille Homeroque rationes suas machinasque inculcabat[1]).

Vidimus igitur Posidonium secutum esse Cratetem, quod etiam aliis compluribus exemplis demonstrari potest, neque tamen accepisse miram illius doctrinam sed subtili ipsum interpretatione Homerum explicasse[2]).

Iam resiliamus ad initium geographicorum.

IV.

De pagg. 2—6.

Ac laudatur quidem Posidonius primo p. 4, § 7, ubi duo signa quibus comprobetur Homerum novisse oceanum eiusque naturam ex eo afferuntur. Sed iam antea nonnulla indicia inveniuntur, quae ad illum spectant, sc. hoc: *Ἐρεμβοὺς οὓς εἰκὸς λέγειν Τρογλοδύτας Ἄραβας, ῥητῶς λέγων* (§ 3), quod pertinet ad interpretationem illam artificiosam, quam Posidonius p. 41/2 de hoc populo Homerico invenit; vel quae sequuntur de Elysio campo, qui copiosius depingitur p. 150 (cf. infra p. 30). Etiam sermo aliquando prodit auctorem, cf. hoc: *τὰ ἄστρα καὶ τοὺς ἀστέρας*. Posidonius enim inter illa discernit, cf. doxogr. gr. ed. Diels p. 466: *διαφέρειν δὲ ἀστέρα ἄστρον· εἰ μὲν γὰρ τίς ἐστιν ἀστὴρ καὶ ἄστρον ὀνομασθήσεται δεόντως, οὐ μὴν ἀνάπαλιν*, cf. Achillis isag. c. 14. Sed accuratius gemellis allatis hunc locum spectemus. Legimus:

---

1) Ex studio Homeri, non e natura rerum illam doctrinam esse ortam veri simile mihi videtur, quia ex verbis Homericis aestuum (per 24 horas) efficitur figura haec:  , quod amplificationis Homericae ratione habita Crates interpretatus est ita:  , quoniam duo fluctuum accessus recessusque restant.

2) Eximium huius Posidonii artis exemplum accipias Strabonis pag. 3, § 6, ubi agitur de Homeri versu Il. XVIII. 489:

οἵη (sc. ursa) *δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο*,

cf. Maaß l. l. p. 189.

p. 2, § 3: *ἐντεῦθεν* (sc. *ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ*) *γὰρ ἀνίσχοντα ποιεῖ* (Homerus) *τὸν ἥλιον καὶ δυόμενον εἰς τοῦτον ὡς δ' αὕτως καὶ τὰ ἄστρα καὶ τοὺς ἀστέρας λελουμένους ἐξ ὠκεανοῦ λέγει.* p. 4 in.: *... διὰ δὲ τοῦ ὠκεανοῦ τὸν ὁρίζοντα* (sc. *δηλοῖ* Homerus) *εἰς ὃν καὶ ἐξ οὗ τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται.* cf. Gemini intr. astr. XVI. 28: *Ὅμηρος μὲν γὰρ καὶ οἱ ἀρχαῖοι ποιηταὶ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν πάντες ἐπίπεδον ὑφίστανται τὴν γῆν καὶ συνάπτουσαν τῷ κόσμῳ καὶ κύκλῳ τὸν ὠκεανὸν περικείμενον καὶ τὴν τοῦ ὁρίζοντος ἐπέχοντα τάξιν καὶ τὰς ἀνατολὰς ⟨γινομένας⟩ ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τὰς δύσεις εἰς ὠκεανόν.*

cf. praeterea Achillis isag. c. 22 (Maaß, Com. in Aratum p. 51, 27 sqq.), Manilii astr. vs. 652, Cleomedis pag. 70, 18 (Ziegleri).

Ex his locis elucet Posidonium docuisse apud Homerum ceterosque poetas antiquos oceanum idem valere atque horizontem. Tamen iam Cratetem ex hac ratione interpretatum esse Homeri aliorumque carmina apparet ex scholiis ad Arati Phaen. v. 26 conscriptis (e Cratete): *ὠκεανὸν λέγει ὁ Ἄρατος τὸν ὁρίζοντα ποιητικῶς . ἔστι δὲ ὁρίζων, μεθ' ὃν οὐδὲν ἔτι ἐστίν, ἐπειδὴ ἡ ἐκτὸς θάλασσα καὶ μεγάλη ‚ὠκεανὸς' καλεῖται, παρ' ὅσον ὠκέως ῥεῖ . ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ εἰς αὐτὸν αἵ τε δύσεις καὶ ἀνατολαὶ γίνονται, καθάπερ καὶ Ὅμηρος πολλαχοῦ εἴρηκεν.* Ex hoc loco iterum constare mihi videtur, Posidonium secutum esse grammaticum illum Pergamenum. Atque hoc magni momenti est; nam adiungamus ea quae sequuntur in scholio: *παρηκολούθηκε δὲ αὐτῷ* (Crateti) *εἰπόντι ὠκεανὸν τὸν ὁρίζοντα· δημιουργῷ γὰρ τῷ Ἡφαίστῳ χρησάμενος τῆς Ἀχιλλέως ἀσπίδος, ἣν ὑπέθετο κόσμου μίμημα, τελευταῖον τὸν ὠκεανὸν ἐποίησεν· ὁ δὲ Ἡρόδοτος* (l. IV c. 36) *οὐ παραδέχεται τὸν ὠκεανόν, τὸ σύμπαν λέγων τι πλάσμα εἶναι ποιητικόν· Ἀτλαντικὸν δὲ αὐτὸ πέλαγος ⟨καλεῖ⟩*, neque enim hanc allegoriam de Achillis clipeo a Cratete inventam Posidonius abiecisse videtur, cf. Strab. p. 4, § 7: *καὶ ἄλλως δ' ἐμφαίνει* (Homerus) *τὸ κύκλῳ περικεῖσθαι τῇ γῇ τὸν ὠκεανόν, ὅταν οὕτω φῇ ἡ Ἥρα· „εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης, ὠκεανόν*

τε θεῶν γένεσιν". τοῖς γὰρ πέρασι πᾶσι συνήθη λέγει τὸν ὠκεανόν, τὰ δὲ πέρατα κύκλῳ περίκεινται. ἔν τε τῇ ὁπλοποιίᾳ τῆς Ἀχιλλέως ἀσπίδος κύκλῳ περιτίθησι τὸν ὠκεανὸν ἐπὶ τῆς ἴτυος. Huius sententiae rationem non facile intellegimus nisi Porphyrio ad Iliadis c. XIV v. 100 allato. Quonam modo verbis illis (*πείρατα γαίης*) ostendi potest, oceanum orbis instar circum terram iacere? Illud autem statim patet, si Porphyrium adhibemus; adpono etiam Heraclitum allegoristam [1]), in quo vestigia quaedam Posidonii latere videntur.

Porphyrius:

πῶς πολλάκις Ὅμηρος τὴν γῆν ἄπειρον εἰπών, διὰ τούτων· Od. I. 97/8: „ταί μιν φέρον ⟨ἠμὲν⟩ ἐφ' ὑγρήν, ⟨Ἥδ' ἐπ'⟩ ἀπείρονα γαῖαν", καὶ πάλιν· „γαῖαν ἀπειρεσίην" (Il. XX. 58), πάλιν διὰ τῆς Ἥρας (Il. XIV. 200)· „Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης"· μάχεται γὰρ τὸ ἅμα μὲν αὐτὴν πεπερασμένην ἅμα δ' ἀπείρονα ἀποφαίνεσθαι. —

λέγεται δὲ ἄπειρον κατ' ἄλλο σημαινόμενον καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ σῶμα κυκλοτεροῦς τε καὶ σφαιροειδοῦς· ... πᾶν γὰρ ὃ ἄν τις ἐπινοήσῃ σημεῖον, ἀρχή τε ἐστὶ καὶ πέρας . ξυνὸν γὰρ ἀρχὴ καὶ πέρας ἐπὶ κύκλου περιφερείας' κατὰ τὸν Ἡράκλειτον. τοῦ τοίνυν κύκλου κατὰ τὴν περιφέρειαν ὄντος πεπερασμένου καὶ μὴ ἀπείρου κατὰ τὸ διεξίτητον,

Heracliti c. 47 (p. 100 Mehleri):

ἔτι γε μὴν μετὰ τῶν ἄλλων ἀπείρονα γαῖαν ὀνομάζει καὶ πάλιν ἐπὶ τῆς Ἥρας· „Εἶμι γὰρ" etc., οὐ δή που μαχομέναις δόξαις πρὸς αὑτὸν στασιάζων,

ἀλλ' ἐπειδὴ πᾶν σφαιροειδὲς σχῆμα καὶ ἄπειρόν ἐστι καὶ πεπερασμένον. τῷ μὲν γὰρ ὅρον τινὰ καὶ περιγραφὴν ἔχειν εὐλόγως αὐτὸ

1) cf. Schrader, interprett. Porphyrii ad Il. pertt. p. 190, adn.

οὐκ (εὖ?) ἂν λέγοιτο πρὸς πέρασιν αὐτὴ πεπεράνθαι. κατὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν ποθέν ποι διάφορα πέρατα πᾶν τε τὸ ληφθὲν ἀρχὴν εἶναι καὶ πέρας ἄπειρον ἐκάλουν τὸν κύκλον.

πεπεράνθαι νομιστέον, ἄπειρον δ' ἂν ὁ κύκλος ὀνομάζοιτο δικαίως, ἐπειδήπερ ἀμήχανόν ἐστι δεῖξαι πέρας ἐν αὐτῷ τι· τὸ γὰρ νομισθὲν εἶναι τέλος ἐξ ἴσου γένοιτ' ἂν ἀρχή.

Ex hoc sententiarum conexu plane, opinor, intellegitur argumentum illud de Iliadis versu promptum, aliud profecto exemplum sagacissimae interpretationis. Huc versus quoque illi spectant epici cuiusdam incerti quos Posidonius p. 100 affert: *ἐκ πάντων δὴ τούτων φησὶ δείκνυσθαι διότι ἡ οἰκουμένη κύκλῳ περιρρεῖται τῷ ὠκεανῷ·*

„οὐ γάρ μιν δεσμὸς περιβάλλεται ἠπείροιο,
ἀλλ' ἐς ἀπειρεσίην κέχυται· τό μιν οὔτι μιαίνει" [1]).

Ac de Porphyrio quidem iam Maaß p. 192 a. 32 suspicatus est unde potissimum rem sumpserit, sc. e Posidonio. Sed cum doctissimus ille in eis quae sequuntur p. 184 mea quidem sententia non recte interpretatus esse Cratetem videatur, pauca addamus. Crates enim ad Iliadis vv. XXI. 193 sqq. adnotavit: ... *εἶπε δ'* (Homerus) *⟨ἐν⟩ τῷ γ'* (*φησί*, sc. Crates) — *ὅτι καὶ οἱ μετὰ ταῦτα φυσικοὶ συνεφώνησαν — τὸ περιέχον τὴν γῆν κατὰ τὸ πλεῖστον ὠκεανὸν εἶναι· ἐξ οὗπερ τὸ πότιμον κ.τ.λ.* Dixit v. d. p. 185: ‚exquirentes ubinam dixerit Homerus sive in Odyssea sive in Iliade: *τὸ περιέχον τὴν γῆν κατὰ τὸ πλεῖστον ὠκεανὸν εἶναι* — hac enim de re nunc agitur, non de aqua potabili ex Oceano haurienda (?) — frustra pervolutare poetam videmur'. Spondeo. Sed quidnam quaeritur? Nonne cardo versatur de multitudine aquae circumfusae, ut illustrarentur ipsi Homeri vss. 195/6 superius laudati:

„ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν"?

1) quos versus non recte interpretatus est Kaehler, Forschungen zu Pytheas Nordlandsreisen, Festschr. z. 47. Philol. Versamml., Halle 1903, p. 150.

Atque in hos versus tota illa ecloga referri mihi videtur. Non enim de circumfluctu potissimum maris cogitatur, sed de copia ipsa aquae, quoniam veteres philosophi credebant, omnem aquam potabilem oriri ex oceano, qui solis vi exhalaretur. Fortasse ea quoque quae Strabo p. 6 ex Posidonii libro *περὶ ὠκεανοῦ* breviter excerpta afferre videtur huc spectant: *πρὸς δὲ τὰ νῦν ἐπὶ τοσοῦτον λέγομεν, ὅτι πρός τε τὴν ὁμοιοπάθειαν οὕτω βέλτιον νομίσαι, τά τε οὐράνια συνέχοιτ' ἂν κρεῖττον ταῖς ἐντεῦθεν ἀναθυμιάσεσιν, εἰ πλεῖον εἴη τὸ ὑγρὸν περικεχυμένον*, praesertim cum in ecloga illa Cratetea legamus: *ὅτι καὶ οἱ μετὰ ταῦτα φυσικοὶ συνεφώνησαν*. Apparet enim Strabonem non totam vel veram Posidonii sententiam exhibere, sed id quod ei ipsi videbatur, latere tamen veram illam sub verbis Strabonianis. Etenim Posidonius discernere solebat *τὰ οὐράνια καὶ τὰ ἀνθρώπεια*, cf. p. 95 de divisione zonarum. Atque illa ‚humana' plane aliter se habuisse atque ea quae Strabo de ‚divinis' affert, mihi prorsus persuasum est, cf. supra p. 14. Quod iam apparebit ex eis quae statim disquiremus.

Sequitur apud Strabonem (§ 8) disputatio accurate proprieque disposita: *ὅτι δὲ ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς πείρας ληπτέον. καὶ ὅπου δὲ τῇ αἰσθήσει λαβεῖν οὐχ ὑπῆρξεν, ὁ λόγος δείκνυσιν.* Tota haec ratio prodit Posidonium neque obstant quae Geminus c. XVI. 33 de Polybio refert: *ἃ δὲ ἐπιλογίζεται καὶ ἃ μὲν ἱστορίας φέρει τῶν κατωπτοκότων τὰς οἰκήσεις*, quia saepissime ad Polybium atque ad alios auctores sese adplicavit Posidonius [1]). Pergitur: *οἵ τε γὰρ περιπλεῖν ἐγχειρήσαντες, εἶτα ἀναστρέψαντες, οὐχ ὑπὸ ἠπείρου τινὸς ἀντιπιπτούσης καὶ κωλυούσης τὸν ἐπέκεινα πλοῦν ἀνακρουσθῆναι φασίν, ἀλλὰ ὑπὸ ἀπορίας καὶ ἐρημίας.* Atque hoc argumentum demptum esse videtur ex accuratiore narratione quae adnectitur ad controversiam illam de bipartitis Aethiopis, p. 31—37, quam partem in Posidonii provinciam restituimus p. 13 sqq. Legitur enim fere idem p. 32, § 26:

1) cf. Wendling, Herm. XXVIII p. 340 sq.

πάντες γὰρ οἱ παραπλεύσαντες τῷ ὠκεανῷ τὴν Λιβύην, οἵ τε ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς καὶ οἱ ἀπὸ τῶν στηλῶν, μέχρι ποσοῦ προελθόντες εἶτα ἀνέστρεψαν ὑπὸ πολλῶν ἀποριῶν κωλυόμενοι, ὥστε καὶ πίστιν κατέλιπον τοῖς πολλοῖς, ὡς τὸ μεταξὺ διέργοιτο ἰσθμῷ καὶ μὴν σύρρους ἡ πάσα Ἀτλαντικὴ θάλαττα. Posidonius vero qui illud accurate quaesivit ad eundem finem pervenit ex Eudoxi aliorumque itineribus maritimis, p. 98 sqq.: *ἐκ πάντων δὴ τούτων φησὶ δείκνυσθαι διότι ἡ οἰκουμένη κύκλῳ περιρρεῖται ὠκεανῷ.*

Tamen stupemus si legimus paragrapho proxima, Hipparchum astronomum oblocutum esse opinioni illi, cum *σύρρουν* esse oceanum negaret. Neque enim propter tempora fieri poterat ut Hipparchus Posidonio obloqueretur. Sine dubio hic Cratetis nomen desideratur quem Posidonius simul cum adversario eius exhibuisse videtur. Nam Posidonius dubia in re omnium semper sententias et pro re et contra dictas afferre solet. Strabonem autem Posidonium solum prae se habuisse eo affirmatur, quod in calce totius huius partis legitur: *ἡμεῖς μὲν τὸν μὲν πλείω λόγον περὶ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῶν πλημμυρίδων εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα καὶ Ἀθηνόδωρον* [1]).

Haec hactenus. De § 6 verba non perdemus quia omnia explanavit Maaß p. 189 sq.

V.

De pagg. 49—54.

Hic Strabo Eratosthenem qui Stratonem physicum Lydumque Xanthum laudaverat refellere conatur. Imprimis in Stratonem invehitur geographus quod hanc statuerit causam fretorum, p. 49 ex.: *φέρει δ'αἰτίαν* (Strato) *πρῶτον μὲν ὅτι τῆς ἔξω θαλάττης καὶ τῆς ἐντὸς τοὔδαφος*

1) Plane eadem est res p. 55, § 12, cf. infra.

ἕτερόν ἐστιν[1]), ἔπειθ' ὅτι καὶ νῦν ἔτι ταινία τις ὕφαλος διατέτακεν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Λιβύην.

Contra Strabo p. 50, § 5: πρὸς δὲ τὸν Στράτωνα λέγοιτ' ἄν, ὅτι πολλῶν αἰτίων ὄντων ἀφεὶς ταῦτα τὰ μὴ ὄντα αἰτιᾶται. — πρὸς γὰρ τὸ μετεωρίζεσθαι ταύτην (sc. θαλάττην) καὶ ταπεινοῦσθαι καὶ ἐπικλύζειν τόπους τινὰς καὶ ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτῶν οὐ τοῦτό ἐστιν αἴτιον ⟨τὸ⟩ ἄλλα καὶ ἄλλα ἐδάφη τὰ μὲν ταπεινότερα εἶναι τὰ δὲ ὑψηλότερα, ἀλλὰ τὸ τὰ αὐτὰ ἐδάφη ποτὲ μὲν μετεωρίζεσθαι ποτὲ δ' αὖ ταπεινοῦσθαι, καὶ συνεξαίρειν ἢ συνενδιδόναι τὸ πέλαγος. Atque iniuria Strabonem oblocutum esse Stratoni ex hoc loco, ut iam Berger[2]) demonstravit, satis clare apparet, p. 51: ἀπὸ γὰρ τῆς ἰλύος τῆς ἀπὸ τῶν ποταμῶν καταφερομένης πληροῦσθαι τὸν βυθὸν καὶ βραχὺν γίνεσθαι, διὰ τοῦτο δὲ καὶ ῥεῖν εἰς τὰ ἐκτός. Strabo igitur accepit fluviorum lutum in mare profusum efficere ut aequor ascenderet.

Quid ergo? quidnam voluit Strabo? Haud difficile puto cognosci posse Strabonem rursus res confundere. Opponit sine dubio Stratonis sententiae aliam opinionem; nam pergit: ἐξαρθὲν μὲν γὰρ ἐπικλύσαι ἂν (sc. τὸ πέλαγος), ταπεινωθὲν δὲ ἀναδράμοι ἂν εἰς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν. εἰ γὰρ ⟨οὐχ⟩ οὕτω, δεήσει πλεονασμῷ τῆς θαλάττης αἰφνιδίῳ γενομένῳ τὴν ἐπίκλυσιν συμβαίνειν, καθάπερ ἐν ταῖς ἀναβάσεσι τῶν ποταμῶν τοτὲ μὲν ἐπενεχθέντος ἐτέρωθεν, τοτὲ δ' αὐξηθέντος τοῦ ὕδατος. [——] λοιπὸν οὖν αἰτιᾶσθαι τὸ ἔδαφος ἢ τὸ τῇ θαλάττῃ ὑποκείμενον ἢ τὸ ἐπικλυζόμενον, μᾶλλον δὲ ὕφαλον. πολὺ γὰρ εὐκινητότερον καὶ μεταβολὰς θάττους δέξασθαι δυνάμενον τὸ ἔννγρον καὶ γὰρ τὸ πνευματικὸν τὸ πάντων τῶν τοιούτων αἴτιον πλέον ἐνταῦθα. Quod si ab his verbis oculos convertes ad p. 53, ubi Posidonius haud incerte adparet, cf. Zimmermann in

1) Quod etiam hodie observatur, cf. Philippson, das Mittelmeergebiet, p. 15 sqq.

2) Die geographischen Fragmente des Eratosthenes p. 65.

Hermae vol. XXIII, p. 104[1]), statim videbis Posidonium aliam ac Lampsacenum doctrinam statuisse, quod duobus argumentis ostenderet, primum quod mare fluminum lutum reicit, secundum quod ipsis philosophi verbis afferam, p. 54, § 10: μᾶλλον δ' ἀπὸ τῶν φανερωτέρων καὶ τῶν καθ' ἡμέραν τρόπον τινὰ ὁρωμένων ἀναπτέον[2]) τὸν λόγον. καὶ γὰρ κατακλυσμοὶ (?) καὶ σεισμοὶ καὶ ἀναφυσήματα καὶ ἀνοιδήσεις τῆς ὑφάλου γῆς μετεωρίζουσι καὶ τὴν θάλατταν, αἱ δὲ συνιζήσεις ταπεινοῦσιν αὐτήν. Adicio porro p. 102, § 6: τὸ δὲ ἐξαίρεσθαι τὴν γῆν ποτε καὶ ἰζήματα λαμβάνειν καὶ μεταβολὰς τὰς ἐκ τῶν σεισμῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν παραπλησίων, ὀρθῶς κεῖται παρ' αὐτῷ (Posidonio). Neque famam illam veram esse negavit Atlantidem insulam esse sub fluctibus submersam, multas vero insulas illo modo e mari emersas accepit, p. 54[3]).

Iam de superioribus clarius indicare possumus. Verba enim quae supra (——) omisimus Strabonis: ἀλλ' οὐθ' αἱ αὐξήσεις ἀθρόαι καὶ αἰφνίδιοι γίνονται, οὐθ' αἱ πλημμυρίδες τοσοῦτον ἐπιμένουσι χρόνον οὐδ' ἄτακτοί εἰσιν, οὔτε κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπικλύζουσι θάλατταν, οὐδ' ὅπου ἔτυχε turbam quam maximam efficiunt. Apparet illa esse opposita eis quae praecedunt: εἰ γὰρ ⟨οὐχ⟩ οὕτω, δεήσει πλεονασμῷ τῆς θαλάττης αἰφνιδίῳ γενομένῳ τὴν ἐπίκλυσιν συμβαίνειν. Expuncto autem illo enuntiato conexus sententiarum bene mihi videtur intellegi. Sed ubinam Strabo commoratur? Apparet illum alieni quid intermiscere, sc. aestus maritimos ordinarios, qui omnino nil attinent ad Posidonii doctrinam de maris terraeque commutationibus supra expositam. Qua in re cum valde discederet a Posidonio veterum scilicet stoicorum doctrinam secutus, hoc loco sicut aliis Posidonium impugnavit. Conferamus enim p. 293, ubi

1) adde Schuehlein, l. l. 1901, p. 73 adn. 3.

2) Posidonius ἀπὸ τῶν φαινομένων ὁρμώμενος potissimum concludere solet, cf. Sudhaus, Aetna p. 67, 73. Bene de illo iudicavisse mihi videtur Berger, Stellung des Pos. zur Erdmessung, Berichte d. sächs. Ac. 1897, p. 53 sq.

3) cf. p. 810, quam Posidonio vindicavit Mueller, l. l. p. 3.

de emigratione Cimbrorum agitur: *γελοῖον δὲ τῷ φυσικῷ καὶ αἰωνίῳ πάθει δὶς ἑκάστης ἡμέρας συμβαίνοντι προσοργισθέντας ἀπελθεῖν ἐκ τοῦ τόπου. ἔοικε δὲ πλάσματι τὸ συμβῆναί ποτε ὑπερβάλλουσαν πλημμυρίδα· ἐπιτάσεις μὲν γὰρ καὶ ἀνέσεις δέχεται τεταγμένας δὲ καὶ περιοδιζούσας ὁ ὠκεανὸς ἐν τοῖς τοιούτοις πάθεσιν.* Neque hanc esse Posidonii sententiam ex eo elucet quod ille philosophus aestus praeter ordinem accidentes Ilipae ipse observaverat, cf. p. 174, § 9. Maximum autem testimonium illam esse sententiam Strabonianam praebet p. 173, § 8, ubi Strabo iterum refellere conatur Posidonium: *τῶν δὲ περιόδων τούτων οὐσῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα τὸν συνάμφω χρόνον δὶς μὲν ἐπιβαινούσης τῆς θαλάττης δὶς δὲ ἀναχωρούσης, τεταγμένας δὲ καὶ τῶν ἡμερησίων χρόνων καὶ τῶν νυκτερινῶν, πῶς οἷόν τε* etc. Quibus expositis iam melius, opinor, Strabo perspicitur. Illic vero accedit quod non intellexit quid Posidonius voluerit, sed falso prorsus loco carptimque eum vituperavit. Tamen mirum esse mihi videtur, quod idem prorsus error occurrit in libro *περὶ κόσμου* p. 396[a] 17 sqq.: *Τὰ δὲ ἀνάλογον συμπίπτει τούτοις* (sc. *τοῖς ἐν γῇ*) *καὶ ἐν θαλάσσῃ· χάσματά τε γὰρ γίνεται θαλάσσης καὶ ἀναχωρήματα πολλάκις καὶ κυμάτων ἐπιδρομαί, ποτὲ μὲν ἀνταναπλὴν ἔχουσαι, ποτὲ δὲ πρόωσιν μόνον, ὥσπερ ἱστορεῖται περὶ Ἑλικήν τε καὶ Βούραν πολλάκις δὲ καὶ ἀναφυσήματα γίνεται πυρὸς ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ πηγῶν ἀναβλύσεις καὶ ποταμῶν ἐκβολαὶ καὶ δένδρων ἐκφύσεις, ῥοαί τε καὶ δῖναι ταῖς τῶν πνευμάτων ἀνάλογον, αἱ μὲν ἐν μέσοις πελάγεσιν, αἱ δὲ κατὰ τοὺς εὐρίπους τε καὶ ποροθμούς.* Sequitur deinde — iam satis stupemus[1]) —: *πολλαί τε ἀμπώτεις λέγονται καὶ κυμάτων ἄρσεις συμπεριοδεύειν ἀεὶ τῇ σελήνῃ κατά τινας ὡρισμένους καιρούς.*

Rursus intellegimus non genuinam Posidonii doctrinam nobis esse servatam, sed plerumque corruptam atque commutatam. Atque hic fortasse Athenodorus, Posidonii discipulus, intercedit, quem hac in re veterum stoicorum sententiae indulsisse apparet ex p. 173.

1) cf. Capelle, die Schrift von der Welt p. 551.

VI.

De pagg. 157, 149, 215.

Difficultatem haud levem Strabonis p. 157 et 25 praebent. Nam utroque loco postquam de Lotophagis verba facta sunt, adnectitur Homeri defensio, cf. p. 157, § 4 et p. 25, § 17. Utriusque autem loci non eundem esse auctorem facile cognoscitur. Hic enim inde a p. 23, § 15 de Polybio agitur, illic laudantur § 3: Posidonius, Artemidorus, Asclepiades Myrleanus. Quid nobis censendumst?

Legimus: *καὶ ἐν τῇ Λιβύῃ δὲ πεπιστεύκασί τινες τοῖς τῶν Γαδειριτῶν ἐμπόροις προσέχοντες, ὡς καὶ Ἀρτεμίδωρος εἴρηκεν, ὅτι οἱ ὑπὲρ τῆς Μαυρουσίας οἰκοῦντες πρὸς τοῖς ἑσπέροις Αἰθίοψι Λωτοφάγοι καλοῦνται, σιτούμενοι λωτὸν, πόαν τινὰ καὶ ῥίζαν, οὐ δεόμενοι δὲ ποτοῦ οὐδὲ ἔχοντες διὰ τὴν ἀνυδρίαν, διατείνοντες καὶ μέχρι τῶν ὑπὲρ τῆς Κυρήνης τόπων. ἄλλοι τε πάλιν καλοῦνται Λωτοφάγοι τὴν ἑτέραν οἰκοῦντες τῶν πρὸ τῆς μικρᾶς Σύρτεως νήσων, τὴν Μήνιγγα.* Atque hoc proximum quidem enuntiatum spectare ad Polybium intellegitur ex eo quod etiam p. 25 in Meningi insula, non in ipsa Africa, sedes dicuntur Lotophagorum. Reliqua autem non quadrant in illum, cum ipse illam plantam plane aliter descripserit, cf. hist. l. XII. c. 2: *ἔστι δὲ τὸ δένδρον ὁ λωτὸς οὐ μέγα, τραχὺ δὲ καὶ ἀκανθῶδες, ἔχει δὲ φύλλον χλωρὸν παραπλήσιον τῇ ῥάμνῳ, μικρὸν βαθύτερον καὶ πλατύτερον.* Quisnam verbis: *τινὲς τοῖς τῶν Γαδειριτῶν ἐμπόροις προσέχοντες* designatur? Polybium non esse intelleximus, qui praeterea ‚λαοδογματικὰς ἀποφάσεις' detestatus est (cf. p. 104). Artemidorus autem excluditur verbis his: *ὡς καὶ Ἀρτεμίδωρος εἴρηκεν*, Asclepiadem non putaverim, quia nil nisi ipsam Hispaniam

tractavit, cf. superiora illa: *ἀνὴρ ἐν τῇ Τουρδητανίᾳ παιδεύσας τὰ γραμματικὰ καὶ περιήγησίν τινα τῶν ἐθνῶν τῶν ταύτῃ ἐκδεδωκώς*. Restat Posidonius qui diutius Gadibus commoratus est. Quae cum ita sint, multa porro explicantur. Nam proximam § 4 quin Posidonio adscribamus fieri nequit quippe qui semper Homerum defenderit, qui hac in re multo dignior esset memoria quam ipse Crates grammaticus[1]). Sed qui factum est, ut et hic et illic subsequatur defensio Homeri? Polybium fuisse causam pro certo affirmaverim. Iam supra vidimus Posidonium arte sese adplicasse ad Polybium. Atque ea potissimum quae p. 25 Strabo ex Polybio de Homeri auctoritate historica disserit, esse a Posidonio plane comprobata sumpserim. Unde etiam facilius intellegitur quod Strabo p. 4, § 7 nullo consilio (cf. p. 43, § 36) sententiam Polybianam ad p. 25 pertinentem exhibet, cf. supra p. 18.

Neque alia est res p. 149, ubi alius excursus, ut ita dicam, Homericus insertus extat. Nam inde a p. 147, § 10, postquam Posidonium de metallis Ibericis laudavit, haud occulte Strabo ex Polybio referre videtur. Cum pervenit ad Tartessum atque Erythaeam, incipit dissertatio Homerica, p. 149, quae in duas partes dilabitur, cf. *εἴ τις ὀρθῶς συλλογίζεσθαι βούλοιτο ἀπ' ἀμφοῖν, τῶν τε χεῖρον λεγομένων περὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἄμεινον καὶ ἀληθέστερον*. Ac prior quidem pars sine dubio spectat ad Polybium, ut apparet ex p. 20, quam iuxta adiungimus: *χεῖρον μέν, ὅτι πρὸς δύσιν ἐσχάτη ἥκουεν αὕτη, ὅπου, καθάπερ αὐτός φησιν* (Homerus), *εἰς τὸν ὠκεανὸν ἐμπίπτει „λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, ἔλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν“*.

ἡ δὲ νὺξ ὅτι δύσφημον καὶ τῷ Ἅιδῃ πλησιάζον, ὁ δὲ Ἅιδης τῷ Ταρτάρῳ, εἰκάζοι ἄν τις ἀκούοντα περὶ Ταρτησσοῦ τὸν Τάρταρον ἐκεῖθεν παρονομάσει

p. 20. *ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς ἀνάπτειν κενὴν τερατολογίαν οὐχ Ὁμηρικόν. προσπίπτει γάρ, ὡς εἰκός, ὡς πιθανώτερον ἂν οὕτως τὸν ἔσχατον τῶν ὑποχθονίων τόπων, προσθεῖναι δὲ καὶ μῦθον τὸ ποιητικὸν σώζοντα, καθάπερ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδῶς ἐν βορείοις καὶ ζοφεροῖς οἰκήσαντας τόποις τοῖς κατὰ τὸν Βόσπορον ἵδρυσεν αὐτοὺς πρὸς τῷ Ἅιδῃ, τάχα καὶ κατά τι κοινὸν τῶν Ἰώνων ἔχθος πρὸς τὸ φῦλον τοῦτο — ἀεὶ τοὺς μύθους ἀπό τινων ἱστοριῶν ἐνάγων* (Homer.).

τις ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τε καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν. ὅπερ καὶ Πολύβιός φησι περὶ τῆς Ὀδυσσείας πλάνης ἐπιχειρῶν[1]) *— οὕτω δὲ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς οἰκοῦντας τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον πρὸς Βορρᾶν καὶ ζοφώδη μετήγαγεν οἰκείως εἰς σκοτεινόν τινα τόπον τὸν καθ' Ἅιδην, χρήσιμον ὄντα πρὸς τὴν μυθοποιίαν τὴν ἐν τῇ πλάνῃ.*

Alteram partem (§ 13) ad Posidonium esse referendam mihi veri simillimum esse videtur. Argumentatio autem proficiscitur ex Herculis expeditione[2]), quae multis adhuc signis confirmetur: *οὐ γὰρ μόνον οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποι καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν τοιούτων σημεῖα ὑπογράφουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ Ὀδύσσεια πόλις δείκνυται καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν καὶ ἄλλα μυρία ἴχνη τῆς τε ἐκείνου πλάνης καὶ ἄλλων τῶν ἐκ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου περιγενομένων ἐπ' ἴσης κακώσαντος τούς τε πολεμηθέντας καὶ τοὺς ἑλόντας τὴν Τροίαν. καὶ γὰρ οὗτοι Καδμείαν νίκην' ἐτύγχανον ἠρμένοι, τῶν τε οἴκων αὐτῶν κατεφθαρμένων καὶ τῶν λαφύρων ὀλίγων εἰς ἕκαστον ἐληλυθότων. συνέβη δὴ τοῖς περιλειφθεῖσιν ἀπελθοῦσιν ἐκ τῶν κινδύνων κατὰ λῃστείας τρέπεσθαι, τοῖς μὲν διὰ τὸ ἐκπεπυρθῆσθαι τοῖς δὲ διὰ τὴν αἰσχύνην ἑκάστου προλαβόντος „αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν“ ἄνευ τῶν οἰκείων „κενεόν τε νέεσθαι“ παρ' αὐτοὺς πάλιν· ἥ τε τοῦ Αἰνείου παραδέδοται πλάνη καὶ Ἀντήνορος καὶ ἡ τῶν Ἐνετῶν· ὡσαύτως καὶ ἡ Διομήδους τε καὶ Μενελάου καὶ ἄλλων πλειόνων.* Oppidum Odysseam appellatum Minervaeque fanum ipse Posidonius, dum in Hispania moratus est, ibi ostenderat, cf. p. 157. Praeterea

---

1) Praeterea verba: *σκαπανέως ἢ θεριστοῦ δίκην* pertinere ad Posidonium videntur.

1) de hoc Polybii studio cf. Neumann, Herm. XXI, p. 136 sqq.

2) quibus in investigandis operam collocavisse Posidonius videtur.

animadvertas flores sermonis qui produnt Posidonium, cf. haec: *Καδμείαν νίκην, λαφύρων*[1]).

Quae cum ita sint amplius progredi licet. Supra vidimus quomodo de l. I. c. III (p. 48), ubi Lydi, Stratonis, Eratosthenis rationes proferuntur, nobis censendum sit. Atque quod illic statuimus, Strabonem in refellendis adversariis usum esse Posidonio vel potius eum expilasse, idem hic accidisse videtur. Strabo enim Eratostheni, qui veteres negavit expeditiones longe extensas fecisse, oblocutus itinera heroum aliorumque enumerat, Bacchi, Herculis, Iasonis, Ulixis, Menelai; tum illic pergit: *Αἰνείαν δὲ καὶ Ἀντήνορα καὶ Ἐνετοὺς καὶ ἁπλῶς τοὺς ἐκ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου πλανηθέντας εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἄξιον μὴ τῶν παλαιῶν ἀνθρώπων νομίσαι; συνέβη γὰρ δὴ τοῖς τότε Ἕλλησιν ὁμοίως καὶ τοῖς βαρβάροις διὰ τὸν τῆς στρατείας χρόνον ἀποβαλεῖν τά τε ἐν οἴκῳ καὶ τῇ στρατείᾳ πορισθέντα. ὥστε μετὰ τὴν τοῦ Ἰλίου καταστροφὴν τούς τε νικήσαντας ἐπὶ ληστείαν τραπέσθαι διὰ τὰς ἀπορίας καὶ πολὺ μᾶλλον τοὺς ἡττηθέντας καὶ περιγενομένους ἐκ τοῦ πολέμου.*

Quibuscum locis tertium coniungere liceat, quo affirmetur, Posidonium esse auctorem totius huius litterarum partis. Nam p. 215 Posidonio ipso de Timavo flumine laudato Strabo pergit: *τῆς δὲ τοῦ Διομήδους δυναστείας περὶ τὴν θάλατταν ταύτην* (sc. *Ἄδριον*) *αἵ τε Διομήδειοι νῆσοι μαρτύρια καὶ τὰ περὶ Δαυνίους καὶ τὸ Ἄργος ‚τὸ ἵππιον' ἱστορούμενα· περὶ ὧν ἐροῦμεν ἐφ' ὅσον πρὸς ἱστορίαν χρήσιμον, τὰ δὲ πολλὰ τῶν μυθευομένων ἢ κατεψευσμένων ἄλλως ἐᾶν δεῖ*[2]), *οἷον τὰ περὶ Φαέθοντα καὶ τὰς Ἡλιάδας τὰς ἀπαιγειρουμένας περὶ τὸν Ἠριδανόν, τὸν μηδαμοῦ γῆς ὄντα, πλησίον δὲ τοῦ Πάδου λεγόμενον καὶ τὰς*

1) cf. paulo ante sermonem paginae 147. Plerumque sermo eius Homerum quasi sapere videtur.

2) Similiter Strabo p. 295 de Hyperboraeis loqui supersedendum censet, de quibus Posidonium egisse certe novimus.

Ἠλεκτρίδας νήσους τὰς πρὸ τοῦ Πάδου καὶ μελεαγρίδας ἐν αὐταῖς. οὐδὲ γὰρ τούτων οὐδέν ἐστιν ἐν τοῖς τόποις. τῷ δὲ Διομήδει παρὰ τοῖς Ἐνετοῖς ἀποδεδειγμέναι τινὲς ἱστοροῦνται τιμαί. καὶ γὰρ θύεται λευκὸς ἵππος αὐτῷ καὶ δύο ἅλση τὸ μὲν Ἥρας Ἀργείας δείκνυται τὸ δ' Ἀρτέμιδος Αἰτωλίδος. προσμυθεύουσι δὲ etc., fabula quae sequitur iterum Posidonium indicare mihi videtur, qui talia adamabat narratiuncula (*διηγήματα*)[1]).

Quibus locis allatis satis certe concludere possumus, alteram quam Strabo p. 212 de Venetorum origine affert sententiam: *οἱ δ' ἐκ τοῦ Τρωικοῦ πολέμου μετ' Ἀντήνορος σωθῆναι δεῦρό φασι τῶν ἐκ τῆς Παφλογονίας Ἐνετῶν τινας. μαρτύριον δὲ τούτου προφέρονται τὴν περὶ τὰς ἱπποτροφίας ἐπιμέλειαν, ἣ νῦν μὲν τελέως ἐκλέλοιπε, πρότερον δ' ἐτιμᾶτο παρ' αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ζήλου τοῦ κατὰ τὰς ἡμιονίτιδας ἵππους* redire ad Posidonium. Strabonem vero praetulisse priorem (in p. 212) sententiam apparet ex p. 195, quamquam adicit: *λέγω δ' οὐκ ἰσχυριζόμενος.* Posidonium autem illam sententiam laudasse credi nequit, cum Veneti demum ex C. Caesaris expeditionibus noti fuerint.

Atque in Posidonium haec omnia aptissime quadrant quem de gentium originibus earumque commutationibus illum in modum quaesivisse satis scimus, cf. de Arabis-Erembis p. 41—42 (cf. p. 784); de Cimbris-Cimmeriis p. 293sq. (cf. p. 102); de Tectosagibus Gallicis atque Asiaticis, p. 187.

Iam si quaerimus cuinam libro Posidoniano haec sint adscribenda me quidem iudice non temere de geographico, sc. de libro *περὶ ὠκεανοῦ* cogitare videmur, quoniam et gentium situs migrationesque huc spectant. Neque quicquam illarum rerum in fragmentis historicis invenitur. Atque quae de Tectosagibus narrantur scripta certe sunt itinere illo confecto quia apparet, Posidonium ipsum apud Tectosages verum investigasse et repperisse opinionem vulgarem (sc. Timagenis) veram non esse. Pugnant enim cum illa Posidonii sententia quae apud Athenaeum l. VI,

1) cf. Str. p. 826.

p. 234 de Scordiscis legimus: *τῶν δὲ Γαλατῶν οἱ Σκορδίσται καλούμενοι χρυσὸν μὲν οὐκ εἰσάγουσιν εἰς τὴν αὐτῶν χώραν, ληζόμενοι δὲ τὴν ἀλλοτρίαν καὶ ἀδικοῦντες ⟨τὸν ἄργυρον⟩ οὐ παραλείπουσιν· τὸ δ' ἔθνος αὐτῶν ἐστι μὲν λείψανον τῶν μετὰ Βρέννου στρατευσαμένων ἐπὶ τὸ Δελφικὸν μαντεῖον Γαλατῶν. — ἀφωσιώκασι δὲ οὗτοι τὸν χρυσὸν καὶ οὐκ εἰσφέρουσιν εἰς τὰς πατρίδας, δι' ὃν πολλὰ καὶ δεινὰ ἔπαθον.* — cf. etiam Iustini epit. hist. Phil. l. XXXII. c. 3. Ergo haec itinere nondum facto scripta esse videntur. Strabo vero et Diodorus inter se congruunt in his: Str. p. 188: *πιθανώτερος δ' ἐστὶν ὁ Ποσειδωνίου λόγος. τὰ μὲν γὰρ εὑρεθέντα ἐν τῇ Τολώσσῃ χρήματα ,ι που καὶ ,ε ταλάντων γενέσθαι φησί, τὰ μὲν ἐν σηκοῖς ἀποκείμενα τὰ δ' ἐν λίμναις ἱεραῖς οὐδεμίαν κατασκευὴν ἔχοντα, ἀλλ' ἀργὸν χρυσίον καὶ ἄργυρον. — ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνός τε εἴρηκε καὶ ἄλλοι πλείους ἡ χώρα πολύχρυσος οὖσα καὶ δεισιδαιμόνων ἀνθρώπων καὶ οὐ πολυτελῶν τοῖς βίοις πολλαχοῦ*[2] *[τῆς Κελτικῆς] ἔσχε θησαυρούς. ἐν δὲ τῇ Τολώσσῃ καὶ τὸ ἱερὸν ἦν ἅγιον, τιμώμενον σφόδρα ὑπὸ τῶν περιοίκων, καὶ τὰ χρήματα ἐπλεόνασε διὰ τοῦτο πολλῶν ἀνατιθέντων καὶ μηδενὸς προσάπτεσθαι θαρροῦντος.* Diod. V. c. 27 ex.: *ἴδιον δέ τι συμβαίνει παρὰ τοῖς ἄνω*[1] *Κελτοῖς περὶ τὰ τεμένη τῶν θεῶν γινόμενον. ἐν γὰρ τοῖς ἱεροῖς καὶ τεμένεσιν ἐπὶ τῆς χώρας ἀνειμένους ἔρριπται πολὺς χρυσὸς ἀνατεθειμένος τοῖς θεοῖς. καὶ τῶν ἐγχωρίων οὐδεὶς ἅπτεται τούτου διὰ τὴν δεισιδαιμονίαν καίπερ ὄντων τῶν Κελτῶν φιλαργύρων καθ' ὑπερβολήν.*

1) est quidem haec significatio secundum divisionem p. 37 sq. infra expositam.

2) Monuerim alliterationis figuram, cf. p. 103: *τοὺς πύργους καλοῦντα πόλεις ὥσπερ ἐν ταῖς θριαμβικαῖς πομπαῖς.* p. 59: *προσχωσθῆναι δὲ πέτραις ἀπορρῶξι πύργων οὐκ ἐλάττοσι.*

VII.

De Strabonis p. 293, Diodori l. V. c. 32, Plutarchi Marii c. XI.

Quam sententiam Posidonius de hominibus septentrionalibus habuerit.

Proficiscamur a Strabonis p. 292, § 1: *Περὶ δὲ Κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ λέγεται, τὰ δ' ἔχει πιθανότητας οὐ μετρίας. οὔτε γὰρ τὴν τοιαύτην αἰτίαν τοῦ πλάνητας γενέσθαι καὶ ληστρικοὺς ἀποδέξαιτ' ἄν τις, ὅτι χερρόνησον οἰκοῦντες μεγάλῃ πλημμυρίδι ἐξελασθεῖεν ἐκ τῶν τόπων.* Sequuntur fabulae illae Ephori atque Clitarchi, tum pergitur § 2: *ταῦτά τε δὴ δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσι Ποσειδώνιος καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει, διότι ληστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν, ἀπ' ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθείη Βόσπορος, οἷον Κιμβρικός, Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους ὀνομασάντων τῶν Ἑλλήνων.*

Illi sententiae palam obstare videtur ea quam Strabo ex ipso Posidonio affert p. 102: *εἰκάζει δὲ καὶ τὴν τῶν Κίμβρων καὶ τῶν συγγενῶν ἐξανάστασιν ἐκ τῆς οἰκείας γενέσθαι κατὰ θαλάττης ἔφοδον ἀθρόαν*[1] *συμβᾶσαν.* Atque Muellenhoff (Antiqu. germ. II. p. 164) Strabonem usum esse sumpsit et Posidonii *περὶ ὠκεανοῦ* libro et libris historicis, aliis aliam sententiam exhibentibus atque hic aliam atque illic sententiam expilasse. Quod mihi non probatur[2].

1) In libris traditum est: *οὐκ ἀθρόαν*, quod certe corruptum est. Conexu enim sententiarum procul dubio postulatur lectio ea, quam exhibuimus neque ulla coniectura opus est, cf. Berger, l. l. p. 567. Praeterea *ἔφοδος θαλάττης οὐκ ἀθρόα συμβᾶσα* nil est, pugnatque verborum ordo cum praeceptis grammaticorum. Cf. Schuehlein, l. l. 1901, p. 95 sqq., qui fusius hunc locum tractavit.

2) Idem censet Schuehlein p. 98 sq., cui autem non plane assentior.

Melius fortasse ita explicatur res. E loco enim supra laudato apparet illic praesto fuisse Straboni narrationem in qua duae sententiae proferantur, quod verbis: *περὶ δὲ Κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ λέγεται, τὰ δ' ἔχει πιθανότητας οὐ μετρίας* satis clare significatur. Ac primo quidem Posidonius sententiam illam pervulgatam Cimbros inundatione oceani ex sedibus esse expulsos protulisse videtur. Huic vero opposuit suam ipsius opinionem, cum Cimbros ab antiquis Cimmeriis derivare praeferret testimonio accedente Homeri, quem semper respiciebat. Atque Strabo eo potius Posidonio assentitus est quia veteres stoicos secutus aestus procellarios fieri posse omnino negavit.

Tamen nonne obstat p. 102, ubi ille collaudat Posidonium ea in re, quam ipse non comprobat? Quomodo illud expediendumst? Atque hic nosse Strabonem magni est momenti. Neque enim ex eo quod Posidonii quoddam argumentum illo loco (p. 102) affert geographus, consequitur eum illius sententiam comprobasse. Sed illud exemplum in illo ipso loco idoneum esse ei videbatur, ut illustraret, quod § 6 ex Posidonio laudat: *τὸ δὲ ἐξαίρεσθαι τὴν γῆν ποτε καὶ ἴζήματα λαμβάνειν καὶ μεταβολάς* [1]). Quod saepius observari potest; e. g. inspicias p. 60, ubi de terrae commutationibus quibus insulae fiunt agitur: *οἱ δὲ καὶ τὴν Λέσβον τῆς Ἴδης ἀπερρωγέναι πεπιστεύκασι, καθάπερ τὴν Σικελίαν τῆς Ῥηγίνης.* Idem Siciliae exemplum ad aliam causam comprobandam exhibetur p. 54: *καὶ τὴν Σικελίαν οὐδέν τι μᾶλλον ἀπορρῶγα τῆς Ἰταλίας εἰκάζοι τις ἂν ἢ ἀναβληθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς ἐκ βυθοῦ συμμεῖναι.* Eodem modo de Pithecusis ibidem. Atque omnia haec argumenta invenisse Strabonem apud auctorem suum Posidonium eo veri similius est quod hic, ne uni doctrinae instaret, omnes semper cuiusque rei causas afferre solebat.

1) Illo argumento iam Posidonium usum esse tempore progresso veri similius mihi fit comprobaturque exemplo quod attulimus; Strabo vero integram philosophi supellectilem in suum excepisse videtur.

Iam transeamus ad Diodorum, qui l.V. c. 32 novam, ut ipse ait, gentium divisionem affert: *Χρήσιμον δ' ἐστὶ διορίσαι τὸ παρὰ πολλοῖς ἀγνοούμενον. τοὺς γὰρ ὑπὲρ Μασσαλίας κατοικοῦντας ἐν τῷ μεσογείῳ* [1]) *καὶ τοὺς παρὰ τὰς Ἄλπεις, ἔτι δὲ τοὺς ἐπὶ τάδε τῶν Πυρηναίων ὀρῶν Κελτοὺς ὀνομάζουσιν· τοὺς δ' ὑπὲρ ταύτης τῆς Κελτικῆς εἰς τὰ πρὸς ἄρκτον νεύοντα μέρη παρά τε τὸν ὠκεανὸν καὶ τὸ Ἑρκύνιον ὄρος καθιδρυμένους καὶ πάντας τοὺς ἑξῆς μέχρι τῆς Σκυθίας Γαλάτας προσαγορεύουσιν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι* [2]) *πάλιν πάντα ταῦτα τὰ ἔθνη συλλήβδην μιᾷ προσηγορίᾳ περιλαμβάνουσιν, ὀνομάζοντες Γαλάτας ἁπάντας.* Hanc distributionem pendere ex fabula c. 24 commemorata consentaneum esse mihi videtur, quae etiam consentit cum appellatione et *Ἑλληνογαλάτων* (c. 32, 5) et *Κελτιβήρων* (c. 32, 1) postmodo laudatorum. Diodori c. 32 additamenti quasi speciem habet: nova illa gentium distributione commemorata de Cimmeriis vetustis sententia quaedam adicitur. Tamen hanc arte cohaerere cum eis quae praecedunt ex eo puto elucere quod apud Strabonem descriptio feritatis hominum septentrionalium sequitur p. 198 et 199 (cf. supra p. 8), quo apparet eodem apud utrumque ordine res progredi. Ergo divisio illa tantummodo supplementi loco addita est. Illam autem ad nil aliud nisi ad id, quod Strabo p. 189 profert, spectare contendo: *ταῦτα μὲν ὑπὲρ τῶν νεμομένων τὴν Ναρβωνῖτιν ἐπικράτειαν λέγομεν, οὓς οἱ πρότερον Κέλτας ὠνόμαζον. ἀπὸ τούτων δ' οἶμαι καὶ τοὺς σύμπαντας Γαλάτας Κελτοὺς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων προσαγορευθῆναι διὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ἢ καὶ προσλαβόντων πρὸς τοῦτο Μασσαλιωτῶν διὰ τὸ πλησιόχωρον* [3]). Adiungas p. 176: *Ἀκυιτανοὺς*

1) cf. c. 38, 5: *καθ' ἀντικρὺ* (sc. *Βρεττανικῆ*) *κειμένην Γαλατίαν καὶ διὰ τῆς μεσογείου Κελτικῆς.*

2) cf. Muellenhoff, D. A. II. 180. Ex Romanorum consuetudine illam divisionem ortam esse apparere mihi videtur.

3) Hoc vicinitatis argumentum ex Posidonio pendere mihi videtur, cf. p. 41, § 34: *καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροί εἰσιν*, atque p. 151, § 15 *γειτνίασις* Posidonii opposita videtur Polybii *συγγενείᾳ*. Etenim apud Posidonium gentium habitatio situsque climatum permultum valet.

μὲν οὖν καὶ Κέλτας ἔλεγον τοὺς πρὸς τῇ Πυρήνῃ διωρισμένους τῷ Κεμμένῳ ὄρει [1]) (cf. p. 128: μεταξὺ τοῦ ἰσθμοῦ δέ ἐστι ῥάχις ὀρεινὴ πρὸς ὀρθὰς τῇ Πυρήνῃ, τὸ καλούμενον Κέμμενον ὄρος. τελευτᾷ δὲ τοῦτο εἰς μεσαίτατα τὰ Κελτῶν πεδία). Eandem igitur opinionem apud Diodorum atque apud Strabonem extare affirmaverim. Neque in eo haereas, quod Diodorus ‚Celtos' nominat Strabone ‚Celtas' exhibente, cum quidem divisio illa eadem plane ratione facta sit.

Pergamus iam addere quae sequuntur apud Diodorum: ἀγριωτάτων δὲ ὄντων τῶν ὑπὸ τὰς ἄρκτους καὶ τῶν τῇ Σκυθίᾳ πλησιοχώρων, φασί τινας ἀνθρώπους ἐσθίειν, ὥσπερ καὶ τῶν Βρεττανῶν τοὺς κατοικοῦντας τὴν ὀνομαζομένην Ἶριν. διαβεβοημένης δὲ τῆς τούτων ἀλκῆς καὶ ἀγριότητος φασί τινες ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις τοὺς τὴν Ἀσίαν ἅπασαν καταδραμόντας, ὀνομαζομένους δὲ Κιμμερίους τούτους εἶναι, βραχὺ τοῦ χρόνου τὴν λέξιν φθείραντος ἐν τῇ τῶν καλουμένων Κίμβρων προσηγορίᾳ. ζηλοῦσι γὰρ ἐκ παλαιοῦ ληστεύειν, ἐπὶ τὰς ἀλλοτρίας χώρας ἐρχόμενοι καὶ καταφρονεῖν ἁπάντων. etc. Hisce cum verbis conferamus illa quae Plutarchus affert in vita Marii, c. XI: Ἄλλοι δέ φασι Κιμμερίων τὸ μὲν πρῶτον ὑφ' Ἑλλήνων τῶν πάλαι γνωσθέντων οὐ μέγα γενέσθαι τοῦ παντὸς [2]) μόριον, ἀλλὰ φυγὴν ἢ στάσιν [3]) τινὰ βιασθεῖσαν ὑπὸ Σκυθῶν εἰς Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Μαιώτιδος διαπερᾶσαι, τὸ δὲ πλεῖστον αὐτῶν καὶ μαχιμώτατον ἐπ' ἐσχάτοις οἰκοῦν παρὰ τὴν ἔξω θάλασσαν, γῆν μὲν νέμεσθαι σύσκιον

1) Quod Muellenhoff, D. A. II. 178a. scribit: allein Strabo p. 176/7 geht von den ersten beiden Sätzen Caesars und seiner Einteilung Galliens aus, liess aber den 3. Satz: ‚Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit' unbeachtet und übersah, dass Caesar die Provincia gar nicht in seine Einteilung einbegreift, si credimus nescio quousque omnino Straboni fidem habere liceat.

2) sc. eius gentis de qua agitur, Cimbrorum; aliter censet Muellenhoff, D. A. p. 173.

3) Idem argumentum occurrit in Tectosagum emigratione, p. 187, § 13: στάσεως ἐμπεσούσης. Num ad hoc vocabulum revocaverit Posidonius illud: μετάστασις (p. 61), ἀπανάστασις (p. 187)?

καὶ ὑλώδη καὶ δυσήλιον πάντη διὰ βάθος καὶ πυκνότητα δρυμῶν, οὓς μέχρι τῶν Ἑρκυνίων εἴσω διήκειν, οὐρανοῦ δὲ εἰληχέναι, καθ' ὃ δοκεῖ μέγα λαμβάνων ὁ πόλος ἔξαρμα διὰ τὴν ἔγκλισιν τῶν παραλλήλων ὀλίγον ἀπολείπειν τοῦ κατὰ κορυφὴν ἱσταμένου σημείου πρὸς τὴν οἴκησιν, αἵ τε ἡμέραι βραχύτητι καὶ μήκει πρὸς τὰς νύκτας ἴσαι κατανέμεσθαι τὸν χρόνον [1]). διὸ καὶ τὴν εὐπορίαν τοῦ μυθεύματος Ὁμήρῳ γενέσθαι πρὸς τὴν νεκυίαν. ἔνθεν οὖν τὴν ἔφοδον εἶναι τῶν βαρβάρων τούτων ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, Κιμμερίων μὲν ἐξ ἀρχῆς, τότε δὲ Κίμβρων οὐκ ἀπὸ τρόπου προσαγορευομένων.

Perlucidum est haec sumpta esse ex auctore communi et quae Diodorus exhibet et Plutarchus neque iniuria de Posidonio cogitatur. Uterque enim Cimbros derivat ab antiquis Cimmeriis distinguitque duas partes, cf. Diodori: ἀγριωτάτων ὄντων τῶν ὑπὸ τὰς ἄρκτους — καὶ τῶν τῇ Σκυθίᾳ πλησιοχώρων, Plutarchi: τὸ δὲ πλεῖστον — οὐ μέγα τοῦ παντὸς μόριον. De inundatione oceani neuter quicquam commemorat, addit autem Diodorus expeditiones, quas Cimmerii Romam, Delphos, alio fecerint. Iam puto omnes cognovisse nullo ordine magisque ad arbitrium illos auctore suo usos esse neque fieri posse, quod Muellenhoff fecit, ut alias aliorum partes inter se coniungamus. Plutarchus praecipue, cum totam rem tribus membris diversis exponat, tres plane diversas sententias profert, quod verbis: καὶ μάλιστα μὲν εἰκάζοντο, εἰσὶ δὲ οἱ, ἄλλοι δέ φασι satis dilucide significatur [2]), cf. Bauer in Philologi vol. 47. p. 270a.

Iam quaeritur, an Strabonem coniungere liceat cum eis quae Diodorus Plutarchusque simul de Cimbrorum origine exhibent. Paululum enim ab illis discrepare videtur Strabo, qui ait: διότι ληστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμ-

1) Muellenhoff, D. A. II. p. 175, scripturam ἴσαι in dubitationem vocat quod equidem non laudaverim. Significatur enim dies vel uox aequinoctialis (ἡμέραι ἢ νύκτες ἐξαμηνιαῖαι), quod sub ipsa axe accidit.

2) Tamen non negaverim illas esse e Posidonio propagatas, cum praesertim ea, quae secundo loco affertur, proficiscatur a divisione gentium, qualem praebet Diodorus c. 32, neque plane conexus cum proxima (tertia) dissimuletur, cf. Muellenhoff l. l. II. 167 sqq.

βροι καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν, ἀπ' ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθείη Βόσπορος, οἷον Κιμβρικός, Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους ὀνομασάντων τῶν Ἑλλήνων. Neque enim apud illos de expeditione quadam narratur, sed iam in duas partes Cimmerios repperimus divisos. Praeterea hic perhibetur Cimbros esse a Graecis vocatos Cimmerios, illic comperimus gentis illius vetustum nomen fuisse Cimmeriorum, quo etiam Homerus usus esset, postea autem usu atque tempore nomen corruptum esse in Cimbrorum appellationem,

cf. Diodori: βραχὺ τοῦ χρόνου τὴν λέξιν φθείραντος ἐν τῇ τῶν καλουμένων Κίμβρων προσηγορίᾳ,

Plutarchi: Κιμμερίων μὲν ἐξ ἀρχῆς, τότε δὲ Κίμβρων οὐκ ἀπὸ τρόπου προσαγορευομένων.

Sed per se haec omnia non multum distare mihi videntur, nisi eo quod Strabo Posidonii reddat sententiam subtiliorem. Etenim hic eadem ratio valet atque apud Mysos illos de quibus disserit Posidonius apud Strabonem p. 296, § 3. Illos enim fuisse ab Homero *Μοισοὺς* vocatos ex eo sine dubio concludit philosophus, quia apud Romanos Moesi appellebantur. Atque hoc fuisse nomen antiquum, sc. eorum qui sedes pristinas servaverant, putasse videtur, *Μυσοὺς* autem (qui in Asiam transmigraverant) originis recentioris fuisse.

Iam ad eam quaestionem progressi sumus, quidnam tota haec memoria de Cimbris conscripta valeat quaeque sit eius fides. Neque enim mihi probatur quod Muellenhoff p. 173 sq. tantis laudibus tollit Posidonium. Nam si quaerimus qua causa commotus aliam ipse sententiam laudaverit ac vulgarem, dicendum esse mihi videtur illum pendere ex Homeri descriptione illa notissima in Od. XI. 14 sqq.:

ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε
ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδὲ ποτ' αὐτοὺς
ἠέλιος φαέθων καταδέρκεται ἀκτινέεσσιν,
οὐδ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
οὐθ' ὅτ' ἂν ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται,
ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Crates enim ‚Cerberiorum' domicilia sub ipsa axe posuerat, ubi per sex menses nox esset, per reliquos sex interiectis densis nebulis homines iterum tenebris essent obruti. Porro quod apud Homerum de Laestrygonibus legimus, Od. X. 82 sqq.:

Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην, ὅθι ποιμένα ποιμὴν
ἠπύει εἰσελάων, ὁ δέ τ' ἐξελάων ὑπακούει
ἔνθα κ' ἄυπνος ἀνὴρ δοιοὺς ἐξήρατο μισθούς,
τὸν μὲν βουκολέων, τὸν δ' ἄργυφα μῆλα νομεύων
ἐγγὺς γὰρ νυκτός τε καὶ ἤματός εἰσι κέλευθοι,

spectare contendit ad regionem eam in qua dies longissimus XX horas, IV tantum nox duraret, cf. Gemini elem. astr. VI, 9—21, ubi uterque Homeri locus affertur. Genuinam Cratetis doctrinam exhibent schol. ad Arati phaen. v. 62 atque scholiasta ad Od. X. 86, qui illos sub draconis capite collocatos esse e Cratete laudat. Hoc autem apud nos latitudine LIV graduum significatur, ita ut veri simile fiat Cratetem illos posuisse sub Rhodiorum arctico, quorum domicilia sub gradu XXXVI ponuntur [1]). Posidonium vero in ipsis his studiis versatum esse apparet ex Gemino, qui Posidonii potissimum vestigia premit. Accedit quod Geminus alios prorsus numeros praebet, sc. noctem unius, diem XXIII horarum [2]). Quae cum ita essent, Maaß l. l. p. 198 concludit, ‚argumentationem Posidonianam non integram a Cratete esse excerptam, sed commutatam'. Quod quidem ita factum esse mihi videtur, ut iam apparuit ex nostra disquisitione, Posidonium Cratetem examinasse atque recensuisse. Atque hoc loco accepit noctem unius horae prorsus ex eius ratione quam ipse de zonarum divisione aperuit, cf. p. 95, § 3. Ex umbrarum enim ratione profectus inde a circulo. arctico illos collocavit. Quomodo autem ille circulus inveniatur, Strabo p. 136 Posidonio, qui p. 135, § 3 vocatur, auctore ex ratione mathematica exponit: οἱ ἔχοντες ‚ἀρκτικὸν' τὸν τροπικὸν ὑποπεπτώκασι

1) cf. diagramma VI.
2) Eosdem numeros scholiasta Parisinus ad Od. c. X. v. 86 exhibet.

τῷ γραφομένῳ κύκλῳ ὑπὸ τοῦ πόλου τοῦ ζῳδιακοῦ κατὰ τὴν τοῦ κόσμου περιστροφήν, ὑποκειμένου τοῦ μεταξὺ διαστήματος τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ τροπικοῦ τεττάρων ἑξηκοστῶν τοῦ μεγίστου κύκλου. Ergo Posidonius pro mobili illo Cratetis arctico stabilem nostrum, qui sub circulo latitudinis LXVI graduum positus est, instituit.

Sed quid censeamus? Num re vera Posidonius illos populos sub ipsa axe collocaverit? Equidem non putaverim, cum in eis quae apud Strabonem sequuntur Cimbrorum sedes ab Albi flumine introrsus pertinere dicuntur. Tamen ipse Posidonius terram ubique esse habitabilem docuit, cf. Cleomedis p. 20, l. 10: μηθενὸς αὐτῆς (sc. γῆς) ἀοικήτου ὄντος[1]), plagamque ustam habitari ostendit; neque Strabo omnia praebet, quae Posidonius ratiocinatus est. Etenim geographus, quaecumque sibi incerta esse videbantur, libere omisit, cf. p. 295: διὰ δὲ τὴν ἄγνοιαν τῶν τόπων τούτων οἱ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη καὶ τοὺς Ὑπερβορείους μυθοποιοῦντες λόγου ἠξίωνται καὶ ἃ Πυθέας ὁ Μασσαλιώτης κατεψεύσατο ταῦτα τῆς παρωκεανίτιδος, προσχήματι χρώμενος τῇ περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὰ μαθηματικὰ ἱστορίᾳ. Similiter p. 212 supersedit de fabula Phaethontea atque Eridano quaedam addere, utilitatis scilicet studio admodum addictus, cf. p. 112: ὁ γὰρ γεωγραφῶν ζητεῖ τὰ γνώριμα μέρη τῆς οἰκουμένης εἰπεῖν, τὰ δ' ἄγνωστα ἐᾷ, καθάπερ καὶ τὰ ἔξω αὐτῆς. In utroque autem loco ille Posidonium prae se habuisse videtur, quem de Hyperboreis verba fecisse apparet ex schol. ad Apollonium Rhodium II, 677 (F. H. G. III. 290): Ποσειδώνιος δὲ εἶναί φησι τοὺς Ὑπερβορέους, κατοικεῖν δὲ περὶ τὰς Ἄλπεις τῆς Ἰταλίας.

Vel potius ita rem expediemus ut dicamus philosophum studio ardoreque docendi impulsum prorsus e doctrina ratiocinatum illa esse, sc. ut interpretaretur Homerum, cuius interpretem fuisse illum supra iam cognovimus multisque aliis locis confirmari potest. Itaque etiam factum esse

1) cf. Boericke, l. l. p. 34. Cf. praeterea Cleom. p. 28, 8: φιλόξῳος γὰρ ἡ φύσις καὶ ὅπου δυνατὸν τῆς γῆς πάντα ἐμπεπλῆσθαι καὶ λογικῶν ζῴων καὶ ἀλόγων, λόγος αἱρεῖ.

mihi videtur, ut descriptio illius gentis resipiat poetam. Nonne quod Homerus narrat de Laestrygonorum corporibus, latrociniis, saevitiis optime quadrat in ea, quae Diodorus c. 32 de hominibus septentrionalibus exhibet? Cf. imprimis § 6 et 7 (Athen. 603) de illorum stupris, quod etiam Strabo p. 199 commemorat. Quin etiam quod carne humana vescantur spectat ad ea, quae poeta finxit, cf. Strab. p. 201 de Hibernia insula[1]). Atque iam satis mihi est veriloquii illius quod apparet ex nomine Λαιστρυγόνων (= latronum filii) memoriam fecisse.

Tamen ne credamus illum totam historiam ex Homero prompsisse alios locos breviter adiungamus. Apud Diod. l. V. c. 21 Homerus comparationis causa affertur: κατοικεῖν δέ φασι τὴν Βρεττανικὴν αὐτόχθονα γένη καὶ τὸν παλαιὸν βίον[2]) ταῖς ἀγωγαῖς διατηροῦντα, ἅρμασι μὲν γὰρ κατὰ τοὺς πολέμους χρῶνται, καθάπερ οἱ παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων ἥρωες ἐν τῇ Τρωικῷ πολέμῳ κεχρῆσθαι παραδέδονται, vel l. V. c. 28, ubi de Gallis agitur: τοὺς δ' ἀγαθοὺς ἄνδρας ταῖς καλλίσταις τῶν κρεῶν μοίραις γεραίρουσιν· καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς τὸν Αἴαντα εἰσάγει τιμώμενον ὑπὸ τῶν ἀριστέων, ὅτι πρὸς Ἕκτορα μονομαχήσας ἐνίκησεν, „Νώτοισι δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρε“ (Il. VII. 321), καλοῦσι δὲ καὶ τοὺς ξένους ἐπὶ τὰς εὐωχίας καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐπερωτῶσι τίνες εἰσὶ καὶ τίνων χρείαν ἔχουσιν. Contra cum certior factus esset[3]) de ctistis,

1) cf. etiam Diod. l. p. 38 supra l.: ἀγριωτάτων δὲ ὄντων τῶν ὑπὸ τὰς ἄρκτους καὶ τῶν τῇ Σκυθίᾳ πλησιοχώρων, φασί τινας ἀνθρώπους ἐσθίειν, ὥσπερ καὶ τῶν Βρεττανῶν τοὺς κατοικούντας τὴν ὀνομαζομένην Ἶριν.

2) inter vocabula creberrima Posidoniana, cf. περὶ κόσμου, c. VI. p. 400ª: συνεπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ βίος ἅπας. Str. p. 41: κατά τε τὴν διάλεκτον καὶ τοὺς βίους καὶ τοὺς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, Str. p. 57, § 16: νυνὶ δὲ τὸ ἄηθες ταράττει τὴν αἴσθησιν καὶ δείκνυσιν ἀπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων καὶ τοῦ βίου παντός, Str. p. 188: ἀνθρώπων οὐ πολυτελῶν τοῖς βίοις.

3) Fortasse pendet ex Hippocratis l. περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων c. 22. Hippocratis enim studii complura inveniuntur vestigia in fragmentis Posidonianis, cf. supra p. 10, Mueller, de Posidonio Manilii auctore p. 28.

qui vocantur, Thracicis (Str. p. 296, § 3), Homeri ‚ἀβίους' intellexit non rerum expertes — sciebat enim illis esse magna armenta —, sed caelibes: ‚ἀβίους' δὲ προσαγορεύειν μάλιστα ὅτι χωρὶς γυναικῶν, ἡγούμενον ἡμιτελῆ τινα βίον τὸν χῆρον, καθάπερ καὶ τὸν οἶκον ἡμιτελῆ τὸν Πρωτεσιλάου διότι χῆρος.

Cimbros autem cum sciret esse latrones, quod illi affirmabatur Homeri memoria, cuius Cimmerios eiusdem gentis esse accepit, praetulit illorum discessum atque itinera derivare ab ipsorum natura atque indole quam credere maris inundatione commotos eos ex sedibus emigrasse.

Vita.

Natus sum Gerhardus Diedericus Ohling Dirci Beekmann filius D. XXV. M. Maii A. 1884 in vico Frisiae Orientalis, cui est nomen Suurhusen, ubi patri erat praedium; atque ille ante hunc annum defunctus est, matrem autem Annettam e gente Koopmann superstitem esse gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae Zwinglerianae. Principiis litterarum in schola vici expeditus inde ab a. 1895 gymnasium Emdense frequentavi. Vere anni 1903 testimonio maturitatis instructus primum Tubingae per sex menses, tum Lipsiae per ter senos menses, inde a vere a. 1905 Gottingae me dedi studiis philologicis et germanicis. Docuerunt me viri doctissimi Gundermann, Schmid, Voretzsch Tubingenses; Brugmann, Gardthausen, Immisch, Koester, Lipsius, Marx, Sievers, Wachsmuth †, Wundt Lipsienses; Borchling, Dilthey †, Heyne †, Leo, Schroeder, Schulten, Schwartz, Wackernagel Gottingenses. Ad exercitationes historicas benigne me admiserunt Gardthausen et Schulten, ad grammaticas Borchling et Wackernagel, ad philosophicas Husserl. Proseminario philologico interfui Lipsiae per tria semestria, seminarii Gottingensis per quattuor sodalis fui, quorum duo primi ordinis, per idemque tempus seminarii germanici. Omnibus vv. dd. optime de me meritis gratias habeo debitas, imprimis vv. dd. Immisch, Leo, Schroeder, Wackernagel atque Schwartz, qui his meis studiis plurimum favit. Denique cum philologorum societate et Lipsiensi et Gottingensi studiis atque amicitia coniunctum fuisse grato animo hic profiteor.

I. Aristotelis ventorum tabula.



II. Timosthenis ventorum tabula.



III. πίναξ apud Strab. p. 29.



IV. Posidonius?



V. Ptolemaei ratio.



VI. Cratetis Posidoniique sententiae de situ hominum septentr.